













CVRATIONVM EMPIRICARVM ET HISTORICARVM IN CERTIS LOcis & notis Hominibus optimè riteque probatarum & expertarum,

CENTVRIA X.

Autore


MARTINO RVLANDO
P. Illustriss. Com. Palat. Rheni,
Ducumq; Bauariæ
Medico.

ACCESSERE

Libelluli de Phlebotomia, deq; Scarificatione, ac Morbis per eas curandis.

Eodem M. R. Autore.

BASILEÆ.



3

REVERENDO, NOBILITATIS GENERE, VIRTVTE, ET DOctrina præcellenti D. P. HIERONYMO à ROOTH, Pręposito & Antistiti celebris Monasterij VVertenhusani uigilantiss. &c. Domino suo gratioso.

Hanc

CENTVRIAM DECIMAM

MART. RVLANDVS Medicus Palat.

Donat, consecratque cum.

Libellulis de Phlebotomia Scarificationeq́.

 CV-

CVRATIONVM EMPIRICARVM ET HISTORICARVM IN certis Locis & Hominibus notis probatarum,

CENTVRIA X.

CVRATIO PRIMA.

Hydrops Anasarca, Tussis, tumor Oris Matricis, Iguinum. Hans Sayler. Steinheim.

Hydropis Anasarcæ, Tussis, Tumoris orificij Matricis, & Inguinum.



IOãnis Sayler agricolę Steinheimensis uxor uterum gerebat, & matura propè partui erat, simul autem lethali aqua intercute afflictabatur, uehe-

uehementer tuſsiebat, uteri os, labra & inguina uaſtè intumuêre, tumorq́; cæruleus, uaſtus ac durus adeò erat, ut crura complicare non potuerit, ſed diuaricatis cruribus dies noctesq́; miſerrimè decubuit. Huic deploratæ mulieri per nos eiuſmodi adhibita fuit curatio.

Diæta.

Cibi offerebantur boni.
Potus, Lac amygdal. dulc. ex colatura furfurum apparatum.

Emplaſtrum.

Rec. Pinguedinis porci lib. ij. Abſinthij contuſi q. ſ.
Fiat pulticula quæ loco emplaſtri applicabatur manè &

uesperi suprà uteri tumorem. Atque hæc maximum subministrauit auxilium in emolliendia duricie, & leniendo dolore.

Sudorifera.

Sudorifera.

In lecto manè sudauit ex uino saccharato calidè propinato quo Tussis remisit multumque profuit.

Laconicũ.

Laconicum.

A' meridie quoq; singulis 3. diebus usa fuit tali balneo.

Rec. Fœni M. xxx.
Pulegij.
Chamomæl.
Menthæ ana M.iij.

Concoquuntor in lixiuio q. s. pro balneo aërio uel laconico

nico ſicco: quo cum cæteris remedijs ſanitatem integram per DEI clementiam miſera mulier conſequuta eſt, in quatuordecim diebus. Laus ſoli omnipotenti DEO deorum.

CVRATIO II.

Tuſsis.

Tuſsis.

EXperta in celeberrimo Monaſterio Vrſpergenſi, ubi Vrbanus Miller aulicus miniſter tuſsi ſicca ueteri laborauit. Hic à nobis ſanus & liber factus eſt intra biduum ſic. *Vrſperg. Vrbanus Müller.*

Sacchar. Bezoardicum.

Manè, & aliàs urgente tuſſi, poſt cœnam etiam abiens dormitum, capiebat de iſto

Saccharo ad magnitudinem nucis. Hoc uno remedio omnes alij quoque ſani ab omni tuſsi facti ſunt, & fiunt, ut longa didicimus experientia.

CVRATIO III.

Epilepſiæ.

Epilepſiæ. Aurene.

PRobata certo experimento in Aurene ubi Bartholomæus Frind egenus homo trigeſimo tertio ætatis ſuæ anno leuem paſſus eſt cóuulſionem. Nam manè & ueſperi uertigine agitabatur, concidebat, anhelabat. Et iſta mala tertio quoq; die reuertebantur, durabantq́ue per quartam horæ partem, pòſt ad ſe redibat & pro-

proprijs uiribus ſurgebat. Curatus iſte à nobis mox fuit feliciter & integrè hac ratione.

Purgatorium.

Rec. pul. Senæ laxatiui drachm. j s. uini uncias v.

Commixta ſtabant per noctem, manè exhauriebat, multaq; ac uaria excernebat.

Puluis Senæ laxatiuus de quo hîc & alibi ſæpè mentio fit, non eſt puluis Senæ Montagnanæ qui paſsim in officinis proſtat, ſed eſt puluis Senæ laxatiuus, uel ſolitiuus Cl. V. & Medici Io. VVieri, cuius deſcriptio & compoſitio hæc eſt. *Puluis Senæ laxat. qualis.*

Rec. foliorum Senæ mũdat.

Tartari alibi ana vnc. j.
Seminis Anisi.
Cariophyll.
Cinnamomi
Galangæ ana drach. j.
Diagrydij, drachmas ij.

Pulverentur subtilissimè in pulverem iuxta artem: Dosis est à scrup. sem. ad drachmam js. in substantia ad summum cum conueniente liquore. Dosis in infusione est ad unciam dimidiam. Educit per inferna bilem tàm flauam quàm atram & pituitam, atque inde natos morbos curat feliciter. Quare in officinis parari suadeo, cùm usus ipsius sit maximus & salutaris & tutissimus

in omni morbo, ut ſum perdiu expertus.

CVRATIO IV.

Hydropis Anaſarcæ cum tumore Scroti, Anhelatione, Tuſsi, Siti, &c.

Hydrops Anaſarca, Scroti, teſtiumq́; tumor.

EXperta in Vnderſtotzinga oppidulo, ubi Iohannis Mannis filius Georgius ætatis anno uigeſimo quinto corpus totum languidum, intumefactum, & humore phlegmatico oblitum habebat cum teſtium tumore, anhelatione tuſsi, ſiti, &c.

Vnderſtotzinga.

Hans Mannes.

Vrina eius apparebat ſpumoſa, rubra, craſſa, lethifera.

Huius curatio eiuſmodi à nobis inſtituta fuit.

Diæta.

Diæta.

Cibi dabantur coctu faciles.

Potus. Aqua decoctionis fragariæ, & radicum cichoreæ.

Purgatio.

Rec. Trochisc. alhandaal pul. drach. sem. seri lactis lib. j.

Maceratis simul per noctẽ, manè de colatura bibit uncias v. totidem sequenti die.

Et hoc infuso egessit plurima biliosa, crocea, pituitosa, aquosa, maleolentia ac mox caput, brachia, uenter, totumque corpus detumuit, propter scrotum & pedes, symptomata insuper remitti cœpêre.

Laconicum Balneum.

Laconicum balneum.

Ad auferendum præterea Scroti pedumq; tumorem, usus meo fuit monito per dies aliquot laconico parato ex fasciculis fœni in lixiuio forti decoctis. Atque his paucis miser hic homo breui admodum tempore ad sanitatem, DEO nos iuuante, bonam peruenit.

CVRATIO V.

Coli ventrisq; doloris ob retentos flatus.

Colica. Flatus.

CL. & Doctiss. iurisconsulti cuiusdam uxor lactans infantem discruciabatur pertristi dolore uentris cum pectoris

ris angustia, uertigine, animiq; deliquio propter multos multùm crepitantes retentos flatus.

Hæc honestissima domina implorato meo auxilio curata in una die à me, DEO inuocando semper, feliciter ita fuit.

Diæta.

Cibus ipsius erat facilis digestionis, non flatuosus, non uiscosus, nec assus, sed liquidus, utpote iuscula caponum, pullorum, gallinarum, uitulorum, hœdorum, &c.

Potus, Vinum generosum, in quo macerabantur radices fœniculi.

Pur-

Purgatoria potio.

Rec. decocti aperitiui cum rheubarbaro vncias ij. mannæ masticinæ vncias ij s.

Misce, fiatq; potio: quę fecit sedes multas, magnas, flatusque omnes sine molestia exturbauit, ac intra diem conualuit cum laude DEI.

CVRATIO VI.

Lumbricorum, Coli ventrisq; doloris, & torminum. *Lumbrici. Colica.*

MArthæ Ancillæ meæ filia Belzin nata annos duodecim uentris torsionem passa est propter lumbricos, quos nonunquam deiecit cum stercorib. Hæc adiuta est à me sic.

Pur-

Purgatorium.

Helminthagogum.

Rec. Sacchari Bezoardici magnitudinem nucis iuglandis.

Hoc manè edit, uermes per Saccharum enectos omnes deturbauit, benè ſimul expurgata eſt, ſtatimq; euaſit libera.

CVRATIO VII.

Lipothymiæ, animi deliquij.

Lipothymia. Animi deliquium.

PRo omnibus. Comperi experimēto longo in omni ætate & ſexu animo defectos ſubitò recreari ſuffitu ex accenſa carabe alba, uel de oleo carabino naribus illito.

CVRATIO VIII.

Anginæ, Squinantiæ.

Ohan. Vverner Lauringanus Mercenarius, inops & miser ꝟir annorum triginta sex laborabat angina, difficilimè respirabat, nihil deglutiebat, febriebat, caput dolebat, ad latus phlegmon declinabat. *Angina. Squinantia. Hans Vverner. Lauginga.*

Phlebotomia.

Vxori ad me pro consilio & auxilio venienti iussi ut illicò cephalicam venam manus locũ affectum respicientem percutiendi curaret, & sanguinem satis multum emitteret. *Phlebotomia.*

Emplastrum.

Extra admouere iubebam Emplastrum, quod

Rec. pingued. porci p. ſ.
abſinthij contuſi. q. ſ.

Miſce. fiat pulticula: quâ admota manè & ueſperi phlegmone maturata, & rupta eſt, multaque cruenta & ſanioſa expuit, atque ex orci faucibus liber & ſanus euaſit.

Diæta.

Cibi erant iuſcula & liquida alia.

Potus. Hydromel.

CVRATIO IX.

Capitis dolor.

Cephalalgiæ, capitis doloris.

NObilis quidam ſtrenuus ex ſtrenua potatione capitis dolore, τῇ κεφαλαλγίᾳ multũ affligebatur, quem ſanum mox feci-

fecimus per uinum absinthiacum purgatorium in hunc modum parandum.

Vinum absinthiacum. purgans.

Vinum absinthiacum purgans.

Rec. uini boni lib. j s.
Absinthii nostratis, P. s.
Puluis Senæ laxat. Vv. vnciam semis.

Misce, fiat infusio per noctẽ pro duabus aut tribus uicibus colandis, & frigidè bibendis, manè ieiuno stomacho.

Diæta.

Cibi dabantur pauci, & εὐπεπτοι.

Potus. Vinum saluiatum, opt.

CVRATIO X.

Lienteria.
Georg Maurer Gundrimminga.

Leuitatis inteſtinorum, lienteriæ.

EXperta benè, facilè, tutò & citò in D. Georgio Maurer ſacrificulo Gundrimmingenſe, qui ætatis ſuæ anno ſexageſimo in læuitatem inteſtinorum, quam Græci λειεντερίαν dicunt, incurrit. Nám cibi aſſumpti, ſine putredine, ſine omni mutatione liquidi, aquoſi deſcendebant mox & aſsiduè & exernebantur abſque dolore. Huic meam per filiam opem imploranti ſubueni ſola Diæta, quæ ſequitur.

Diæta.

Cibus, me iubente, dabatur coctus ex aqua chalybeata.

Potui

Potui dabatur nunc aqua chalybeata, nunc lac amygdal. dulc. ex aqua chalybeata paratum, nunc uinum Maluaticum, & scriblitæ in ipso maceratæ comestæ. Atque ex hac uictus ratione sola intra diem conualescere cœpit, bene ac rectè.

CVRATIO XI.

De uteri orificij dolore, post partum & omnimoda suppressione urinæ.

Matricis dolor post partum. Vrina suppressa. Feyminga. Caspar Vvegele.

EXperta Feymingæ in Caspari Vvegelen uxore, quæ post gemellorum difficilem partum mox pati cœpit grauem dolorem in matricis orificio cum urinæ omnimoda sup-

preſsione per multos dies durante. Hanc miſeram & pauperem mulierem inuocato Archiatro Opt. Max. adiuuimus ſic.

Fomentum.

Rec. artemiſiæ. M. xx.
Fiat decoctio in aquæ ſ. q. Foueatur uteri os: quo ſtatim prouocata urina fuit, & dolor bene ſedatus eſt.

CVRATIO XII.

Epilepſia. Iacob SchönKind. Höchſtett.

Epilepſiæ.

PRo D. Iacobi Schönkind notarij & Archigrãmatei Höchſtadiani priuigna annos ſex habente, quæ Epilepſia leui correpta labitur, iacetq́; multa,

a, & tempore non longo interposito ad se redit. Hæc à nobis curata feliciter & inopinanter fuit hunc in modum.

Diæta.

Cibus. Carnes, Iuscula, Pisa, Hordeum, Oua, aliaque τὰ εὐπεπτα.

Potus. Aqua florum tiliæ saccharata cum Manus Christi perl,

Tragæa.

In cibis dabatur Tragęa Antepileptica.

Sternutatorium.

Manè naribus imponebatur Sternutatorium nostrum cum moscho præparatum ad

quantitatem hordei uel unius grani.

Purgatorium.

Rec. Syrupi è ſena vnc. ijs.
Aquæ Cinnamomi vnciam s,
Miſc. pro duabus uicibus: quas manè per duos continuos dies capiebat, multum egerebat, ſtatim ab iſto malo liberata fuit, nec unquam in poſterum redijt.

CVRATIO XIII.

Melancholiæ hypochondriacæ.

Melancholia hypochondriaca. GEneroſus Dominus N. N. quadraginta annorum ſenſit magnos dolores uentriculi & Hypochondriorum rugi-

tus

tus frequentes, aurium etiam sonitus, & nonnunquã uertiginẽ. Cura eius eiusmodi fuit.

Diæta.

Victus ratio humectans fuit. Cibi. Carnes gallinarum, caponum, uitulinæ, harumque iuscula.

Potus. Vinum boraginatũ, Absinthites, uel hyssopites.

Purgatio.

Rec. decocti aperitiui M. cũ rheubarbaro vnc. ʒs.
Mannæ masticinæ, vnc. iij.
Misc. pro haustu, quem tertio die repetiuit & per eum uaria, plurima, plurimosque

flatus deturbauit, atque mox in dies rectifsimè ualere cœpit.

CVRATIO XIV.

Vermium, doloris ventris, febris ardentis, sitis.

Vermes. Tormina. Febris ardens. Leonhard VVaysen. Riedhausē.

LEonharti VVaysen in Rithausen habitantis filia sex annos nata conflictabatur grauiter cum istis malis.

Vrina apparebat rubra, crassa, turbida & spumosa. Hæc puella à nobis curata citò, feliciterque sic fuit.

Diæta.

Cibus dabatur salis liberalis, & εὔχυμος.

Potus, decoctum hoc.

Rec.

Rec. florum uiolarum P. ij.
Liquiritiæ drachm. iij.
Paſſularum vnc. j.

Concoquebantur in aquæ libr. v. donec quarta eius pars abſumpta fuit. Deinde colaturam bibit ad placidum.

Purgatoriolum.

Rec. Diaturbith cum rheubarbaro in ſolida pul. ſcrup. j.
Seri lactis vnciam j.

Miſce pro hauſtulo, quem ſequenti mauè die reiterauit, atque enectos uermes omnes cum uarijs ſtercoribus exturbauit è uentre, ualuitque rectè.

CVRATIO XV.

Nephritidis & Renum calculi.

Nephritis. Renum calculi. D. Hieronymus Præpos. Vvettenhusanus.

R. P. & peruigil Antistes D. Hieronymus, in celebri Monasterio Vvettenhusano annos multos perpessus fuit Nephritidem, & Renum calculos, nō sine magno dolore. Postquam iste R. D. multo tempore multis aduersus hæc incommoda Medicinis ac medicis uarijs, uarijs in locis incassum fuisset usus, tandem meorum experimētorum certum aliquod antidotum ac antipharmacum expetiuit. Ego ergo huic R. D. pro conditionis meæ ratione, pro charitate, proque longa consuetudine ac familiaritate

dedi herbam Donum dei di-
ctam, & ut in uino ſublimato
maceraret, iuſsi pro infuſione,
uel Aqua Vitæ, de qua monui,
ut biberet in curatione ad un-
ciam unam, in præſeruatione
uerò ad unciam ſemis. Hoc
cùm fecit, arènulas ac ſępè cal-
culos excluſit permultos, &
nunc ad præcauendum cùm
accipit iſtam Aquam Vitæ an-
nis aliquot ſecurus & liber ab
omni Nephritide ac renũ cal-
culo permanet, nimirum ſo-
lius herbæ huius uſu, & ope,
pro qua herba DEVM Opt.
Max. celebrat &
laudat.

CVRA-

CVRATIO XVI.

De dentium dolore & certiss. contra ipsum remedio.

Dentium dolor. *Hãs VVagner.* *Lauginga.*

IOhannis VVagner Bibliopegi Lauingani uxor torquebatur infestissimè dolore dentium, qui erant erosi, cauernosi, uermiculosi.

Oleum ligni nostri.

Hoc oleum ligni nostri supra dentem dolentem applicauit sæpius, quod multas pituitas extraxit, uermiculos necauit, & statim cum omnium admiratione dolor longus, diuturnus, & flebilis ex toto euanuit, nec unquam rediјt. Non fallit oleum hoc.

CVRATIO XVII.

Febris tertianæ compositæ.

Febr. tert. *Georg. VVingemair. Alten.*

GEorgius VVingemair in Alten agens uitam natus annos uiginti ſex tertiano paroxiſmo correptus eſt.

Lotium eius erat rubrum, turbidum, ſpumoſum.

Phlebotomia.

Meo hic homo utẽs cõſilio, cõſulente me, per 7. horas ante paroxyſmum Baſilicã dextri cubiti ſecari curauit, & ad uncias octo ſanguinem emiſit cum magna fruge.

Victus ratio.

Victus ordo ipſi cibi erant faciles pararu & coctu.

Potus.

Potus. Decoctum cichoreæ cum passulis.

Purgatio.

A sãguinis extractione mox in die quietis ebibit sequẽtem potum: quo aluus bene recteque respondit, atque inde statim sanus factus est. Habet autem sic.

Rec. decocti aperitiui cum rheubarbaro vnc.iij.
Syr.rosat.solut.vnc.j.
Elect. de succo rosarum drach.vj.
Misc.

Asthma. Febris continua. Leonhard Seibold. Burgavv

CVRATIO XVIII.

Asthmatis, febris continuæ.

HIs ægritudinibus affligebatur Leonharti Seiboldi in Bur-

Vurgavv habitantis uxor circa ætatis annum trigesimum.

Vrina eius erat turbida, tincta, spumosa. Curatio pro ea sanãda talis à me est adhibita.

Pilulæ.

Rec. m. pilul. sine quibus
de agarico ana drach. s.
trochisc. de agarico scrupul. j. cum syr. de reubarbaro solut.

Fiant pilulæ vij. cinnamomo inuoluantur. Has capiebat à Cœna: & rectè expurgata fuit.

Phlebotomia.

A purgatione mox medianam uenam aperuit. Atque his

paucis remedijs statim sanata fuit.

CVRATIO XIX.

Iterum Asthmatis, febris tertianæ, & symptomatum.

Asthma, Febris 3. Bergevveiler. Vlrich Schmid,

EXperta in Bergevveiler, ubi Vlricus Schmid annos natus quatuor supra quadraginta passus fuit grauiter istas infirmitates.

Lotium ipsius fuit mihi ostensum subrubens, turbidum, spumosū. Iste uir feliciter curatus ita fuit.

Diæta.

Victus regimen fuit humectans, facilisq; decoctionis.

Potus. decoctum hoc: quod Rec. carduibenedicti M. j.

rad.

rad. fœniculi vnc. ij.
liquiritiæ rasæ, drach. iij.
passularum vnc. j.
saccharicandi vnc. sem.
Decoquantur in aquæ lib. xij. ad tertias.

Purgatorium.

Rec. decoct. aperitiui cum rheubarbaro vnc. ij s.
Syr. de rheubarbaro solut. drach. iij.
Diaphœniconos.
Elect. de succo rosf. ana drach. iij s.
Misce pro haustu quò rectè, multumque euacuatus est.

Phlebotomia.

Post purgationē aperta est uena cordis, mediana appellata.

Atque hæc pauca paucis in diebus ſecundam præſtitere ualetudinem.

CVRATIO XX.

Pleuritidis, vertiginis, doloris capitis.

Pleuritis.
Vertigo.
Bachagl.
Thomas Mair.

EXperta & probata in Bachagel, ubi Thomæ Mair filius uiginti duorum annorum ex his morbis ualde infirm9 erat.

Vrina apparebat ſubnigra, turbida, ſpumoſa. Adoleſcens hic à nobis ſalubriter uelociterq; ſic curatus fuit.

Diæta.

Cibi dabantur humectantes, liquidi, ut iuſcula, &c.

Potus. Iſtud decoctum.

quod Rec. Cardui Mariæ.

Scolo-

Scolopendriæ
Cichoreæ, ana M. s.
Rosarum.
Violarum ana P. j.
Liquiritiæ rasæ drach. ij.
Passularum unciam j.
Sacchari candi vnc. j s.
Decoquantur in aquæ lib. xij. ad tertias.

Purgans potio.

Rec. decoct. senæ vnc. ijs.
Syr. rosat. solut. Montani vnciam semis.
Dicacatolicon.
Elect. de succo rosarum ana drachm. iij.
Commiscentor pro haustu: quo benè, ualdè, rectè, faustè expurgatus est.

Phlebotomia.

Post purgationem die tertio secta meo iussu fuit uena nigra seu mediana in affecti lateris cubito. Et hæc sectio ex uoto succesſit, & pristinam ualetudinem deploratus adolescens recuperauit, ac Deo maximas gratias pro reddita sanitate egit.

CVRATIO XXI.

Febris tertianæ, Asthmatis, tussis.

Febris 3. Asthma, Tussis. Iohann. Hausman. Dilinga.

IO. Hausmãni Dilingani ciuis ac teuuis uitæ hominis uxor quinquagenaria misera miserè affligebatur istis infirmitatib.

Vrina erat spumosa, rubens.

Hæc à nobis adiuta est perfacili sequẽti medẽdi ratione.

Pur-

Purgatorium.

Rec. elect. Diaphœniconos drach.vij.

ũ iusculo pisorũ fiat haustus: quo rectisſimè purgata fuit.

Phlebotomia.

Purgatione peracta Mediana uena tundebatur.

Diæta.

Cibos accipiebat iuscula & alia paratu facilia. Pro potu, bibebat decoctum cichoreæ Saccharatum.

CVRATIO XXII.

Vomitus, Dyspepsiæ, Asthmatis.

IOhan. Nadler Dilinganus circiter ætatis annum quadragesimum hæc mala sustinebat ægra mente: à quibus ipsum

Vomitus, Asthma. Hans Nadler. Dilingæ.

ipſum uindicauimus perpaucis ſequentibus medelis.

Antiuomitorium.

Vino ſublimato impoſuit monente me abſinthium : de quo manè & poſt uomitum bibit cochlear, uel ad unciam j. Hoc uomitus fuit inhibitus.

Purgatio.

Suppreſſo uomitu purgabatur ſic:

Rec. pilul. hieræ cum agarico ſcrup. ij.
Agarici trochiſcati drach. ſemis.

cum ſyr. uiolato ſolut. fiant pilulæ vij. Has ſaccharo inuolutas à cœna deuorauit, multũq; ac ſalubriter operatæ ſunt.

Diæta.

Victus erat calefaciens & humectans.

Potus. Abſinthites.

CVRATIO XXIII.

Dyſentheriæ Epidemicæ. *Dysenteria.*

Anno ſalutis humanæ per ſolum Chriſtum recuperatæ 1573. plures feliciter curauimus Dyſenteria, Epidemica correptos, inter alios Vitum Fievveckin Dilingana Academia ſtudentem, adoleſcentem quindecim annos, uel circiter habentem. Lotium eius erat rubens. *Vitus Fiebeck.* *Dilinga.*

Curatio ipſius talis erat à nobis inſtituta.

Diæta.

Cibus offerebatur coctus ex aqua chalybeata, uel ex lacte chalybeato.

Potus. Aqua, uel uinum rubellum chalybe candente restinctum.

Potio.

Rec. rheubarbari torrefacti drachm.j s.

Miuæ cydoniorum vnc.j.
Syr.è Ribes vnc.j.
aquæ(uel decocti.)foliorũ quercinorũ, vnc. iiij.

Miſcentor pro potione, de qua capiebat manè & ueſperi ante cœnã & prandiũ vnc. ij.

Fomentatio.

Argilla uſta comminuta coque-

quebatur in forti aceto, aniq;
.ebat crebra fomentatio. Atq;
ta ſanè in unius diei ſpatio
conualuit.

CVRATIO XXIIII.

Iterum Dyſenteriæ lethalis. *Dysenteria.*

ALius ſimiliter ſtudioſus Andreas Rimele xx. circiter annos natus in prædicta Academia agens Dyſenteria quoque Epidemica lethali diſtorquebatur uentre multum dolebat, aluo ſubinde ſanguinem copioſum egerebat, & mortiferè ægrotabat. *Andreas Rimele.* *Dilinga.*

Vrina quam reddebat erat craſſa, cõfuſa, fœtida, mortalis.

Curandi eius ratio erat eiuſmodi.

Diæta.

Diæta.

Victus seruabatur, ut in præcedente curatione annotatus est.

Panem præterea pro uirium confortatione ex uino maluatico sæpius edit.

Potio.

Rec. Rheubarbari torrefacti drachm. j.
Myuæ cydonioru͂ simpl. vnc. semis.
Syr. è Ribibus unciam unam semis.
Aquæ plantag. uncias iiij.

Misce. de hoc potu capiebat ieiunus tria cochlearia uel ad unciam.

Fotus.

Fotus.

Rec. foliorum quercinorum ℥ x.

Decoquantur in operta olla el uase cum aceto forti pro omento, quo fouebatur anus epius, maximè post asellatio em, ut nominant, supersede at, uaporemq; per anum cali issimè excipiebat, unde intra liem, non sine magna amico ũ admiratione remisit fluor, & stercus crassiusculum absq; cruore deiecit, atque indies bene & rectè ualere cœpit, ac à plaga mortifera ereptus fuit. Soli Deo deorum laus esto per omne æuum.

CVRATIO XXV.

Dysenteriæ cum hydrope Ascite dicto.

Dysenteria. Hydrops, Ascites. Eglhofen. Madl. Grymæ.

EXperta in Eglhoffen, ubi Magdalena Grymæa misera mulier annorũ quinquaginta, diu oppressa est Dysenteria, & Ascite hydrope.

Vrina eius erat rubra, spumosa.

Disenteria.

Primò à nobis ita curata fuit.

Diæta.

Cibi erãt paratu faciles, siccantes, & ex aqua chalybeata cocti.

Fomentatio.

Anus & uenter subinde fouebantur sacculis ex furfuribus

us aceto coctis. Atq; his pau-
is remedijs mulier ista in sex
iebus ab intestinorum diffi-
ultate liberata fuit.

Hydrops.

Postmodum propulsatus est
equenti cathartico solo.

Purgatio.

Rec. Diaturbith cum rheo-
arb. drach. vij.
Seri lactis vnc. iij s.
Miscentor pro haustu: quo
quositates etiam expulsæ
unt, tumorq; uentris remotus
tatim est.

CVRATIO XXVI.

Hecticæ cum Asthmate.

PRobata in Fristinga ibi Ia- *Hectica.* *Asthma.* *Fristinga.*
cobi Schuster mulier an- *Iacob*
norum *Schuster.*

norum quadraginta, Hecti-
ca erat, marcore, tabeque con-
fecta & Anhela.

Misera ista uxor intra pau-
cas hebdomadas à nobis per-
paucis sequentibus machina-
mentis sanitati fuit restituta.

Purgatoria decoctio:

Rec fol. senæ mundat. vnc. j.
Hyssopi M. s.
Zingib. scrup. s.
Sacchari candi. vnc. sem.
Vini lib. ij.

Bulliebant simul per quar-
tam horę partem, pro decocto
cathartico, de quo manè ca-
piebat ad uncias tres, usque
dum corpus uniuersum bene,
recteque fuit expurgatum.

Diæta.

Diæta.

Cibi dabantur calefaciẽtes, humectantes, & melioris ſucci, paratuq́; perfaciles.

Potus. Hydromel.

CVRATIO XXVII.

Vomitus cibi, potuſq́;. *Vomitus.*

BAlthaſarus Koler ex prædicta Friſtinga pago oriundus ſuæ ætatis quadrageſimo ſecundo iactabatur uomitu, nullum retinebat cibum, nullúmque potum ſed omnia ingeſta, reijciebat crebrò. *Balthaſar Koler.* *Friſtinga.*

Lotium, quod offerebatur mihi, erat turbidum & ſpumoſum.

Eius medẽdi ratio talis fuit.

Fomentatio ſtomachalis.

Rec. Abſinthij.
Menthæ.
Meliſſæ ana Manip. iij.

Coquantur in ſ. q. uini & aceti ad tertiæ partis conſumptionem, fiatque fomentatio pro ſtomacho.

Miua.

Inſuper, meo iuſſu, dabatur Miua cydonioru aromatica per horam ante cibum cochleare.

Diæta.

Parum alimenti dabatur, & plæraque ſalſa.

Potus, aqua chalybeata, cui admiſcebatur ſyrup. acet. citri.

Atq; iſtis medelis optimis mox uomitus ex toto fuit cohibitus.

CV-

CVRATIO XXVIII.

Empyematis, pectoris suppurationis, vel screationis purulentæ cum tussi Anhela, Raucitate, & faucium exulceratione.

Empyema.
Anhelatio.
Raucedo.
Faucium exulceratio.
Veit Angst.
Feiminga.

VIti Angst in Feiminga uitam colentis uxor ætate quinquagenaria supparata perdiu conflictabatur & consumebatur morbo, quẽ Græci ἐμπύημα, Latini supparationem, uel etiam Empyema uocitant. In ista grauissima ægritudine pectus & pulmo totus pure repletus erat, unde crebrò tussiebat, anhelabat, rauciebat, fauces exulceratas habebat, tempus in somne ducebat, & mortiferè ægrotabat.

Huius deploratæ mulieris, Deo inuocato, curam ſuſcepi huiuſmodi.

Linctus.

Quoties urgebat tuſsis, utebatūr noſtro ſaccharo Bezoardico. Quo tuſsis multa multū puris per ſcreatum reiecit & plurimum profecit.

Sacchar. Bezoardicum.

Purgatorium Hydromeli.

Pro pectoris imò totius corporis purgatione dedi ipſi manè per 3. dies ex aqua mulſa infuſionis trochiſc. alhandaal. ad uncias ij. uel iij. Quâ benè recteq; fuit euacuata, & omnia remiſsiora facta.

Diæta.

Cibus eius erat leuis, te-

nuis

uis, liquidus, facilisq; paratu.

Potus. Aqua mulsa in qua liquid hyssopi incoquebatur.

Atque sic deplorata mulier um omnium stupore, & Opt. Max. Dei gloria à tanta sæuitia. & crudeli tormento liberata & sanata breui tempore fuit. Deo soli omnipotenti Medico, laus, honor, & gratiarum actio esto per omne æuum. Amen.

CVRATIO XXIX.

Arthritidis, seu morbi Articularis, dolorisue Gallici.

Arthridis. Gallicus dolor.

LEonhardi Brentz Gundelfingensis ciuis uxor octo supra uiginti annos nata graues sustinebat dolores Gallicos, qui

Leonhard. Brentz. Gundelfinga.

qui magis infeſtabant brachia cum febre.

Vrina ab ipſa nobis offerebatur ſpumoſa & turbida.

Curata hæc à nobis ſalubriterita fuit.

Purgatio.

Rec. decocti ſenæ vnc. iij.
Syr. roſati ſolut. Mont. vnciam ſemis.
Diaphœniconos drac. v.
Cõfectio Hamech, dra. ꝭs.

Commiſcentor pro hauſtu: quò rectè purgata fuit.

Phlebotomia.

Poſt corporis purgationem ex utraque Baſilica uena meo iuſſu, extractus ſanguis eſt uitioſus multus.

Sudo-

Sudoriferum.

Quarto die à uenarũ ſectione uſa fuit decocto ligni ſancti, tam diu, donec omnis dolor ſoporatus eſt, id quod in paucis diebus conſecuta fuit feliciter. Quæ autem ligni S. ſit decoctio, eiusq́; uſus, exponit Centuria prima in curatione 93. *Sudoriferum.*

Diæta.

Victus ratione in cura tota utebatur tenui.

Pro potu bibit decoctum ligni S. ſecundarium, in quo incoctæ fuêre radices cichoreæ.

Atque his ſanè adiumentis adiuta fuit mulier iſta optimè breuiq́ue tempore.

CVRATIO XXX.

Arthridis. Dolor. Gallicus.

Iterum Arthritidis doloris Gallici cum febre Dyspnœa Dyspepsia.

VItus Nellebacher Gundelfingensis ciuis quadragenarius ætate his malis, malaque fortuna afflictus meam opem expetiuit medicam.

Vrina eius quam ostendebant amici, erat spumosa, turbida, aliàs color bonus.

Hunc utpote pauperem curaui, & sanaui intra uiginti dies solo sequenti sudorifero.

Sudoriferum.

Sudoriferum.

Rec. Carduibenedict. Manip. iij.

Rad.

Rad. Aſari minutatim inciſatum uncias ij.

Coquantur lento igne in aquæ & uini ana libr. vj. ad conſumptionem tertiæ partis, poſteà colatura ſeruetur in uaſe uitreato. Ex hâc manè in lecto bibebat æger iſte uir ad uncias viij. calidè, & benè contectus ſudabat multum, atque inde indies melius rectiusq; habere & ualere cœpit.

CVRATIO XXXI.

Dyſuriæ, ventris flatuum & torminum.

Dyſuria. flatus, tormina.

M. Ioh. Zed. Lauinganus circa ætatis annum ſexageſimum quartum perpeſsus diu

est urinæ difficultatem, uentrisq́; flatus cum torminibus multum crepitantes.

Huic mox fumus medicati ad hunc modum.

Saccharum Bezoard.

Mane per 3. dies continuos exhibuimus de saccharo Bezoardico circiter drachmas ij. Quod plurimum promouit & urinam & flatus cum multis, magnisq́ue crepitibus, ac tormina omnia compescuit.

CVRATIO XXXII.

Epilepsia.

Epilepsiæ, & certiss. contra hanc antidoti ac remedij.

PRudentissimus Cõsul Gundelfingæ ciuitatis Hol. N. quin-

uinquagenarius ætate graui
pilepſia correpto erat, quãdo
go ipſum inuiſerá. Sed p̄ Dei
ratiam, mox miſero homini
ıccurri paucis his remedijs.

Antidotum certum contra Epilepſiam.

In ipſo paroxyſmo præſens
ręſenti dedi tredecim guttas
lei antepileptici noſtri: quô
ıſtantibus omnibus obſtupe-
ſcentibus, confeſtim quieuit,
ıd ſe redijt, & ualuit. Conua-
leſcunt & ſanantur per idem
oleum etiam innumeri alij ex
hoc horribili morbo.

Suffimen.

Simul dũ hoc machinor ex
accenſa carabe ſuffumigabam
crebrò nares. *Phle-*

Phlebotomia.

Constantibus præterea uiribus extraxi satis copiosum sanguinem è uena mediana.

Diæta.

Cibus præbebatur εὔχυμος, & paucus.

Potus. Aqua distillantia lauendulæ saccharata cum conserua pæoniæ.

CVRATIO XXXIII.

Virga exulcerata, Gallica Tubercula. Panaricium. Bubo. Marisca.

Virgæ Exulceratæ, Gallicorum Tuberculorum, Panaricij, Bubonis, Hæmorrhoidum cæcarum, cutisq; omnium uitiorum.

NObilis N.N. patiebatur virgæ exulcerationem.

Item

Item alius ſtudioſus tuber-cula Gallica in fronte.

Virgo prætereà veſtalis pa-nariciũ cùm intenſiſsimo cru-ciatu. Sacerdos quoque Hæ-morrhoidas cæcas ſæuiter do-lentes, item alius quidam Bu-bonem peſtiferum, &c. Qui omnes à nobis citò, rectè, & benè curati & ſanati ſunt, per noſtrum Balſamum ſulphuris.

Quod etiam cætera omnia cutis uitia tollit ac ſanat opti-mè. Qui nobis fidem non ha-bet, expertus fidet, & credet.

CVRATIO XXXIV.

Verrucarum.

Verrucæ
Ioan. Rul.

FIlius meus chariſsimus (Io-hannes) digitos in utraque ma-

manu habebat multis & magnis uerrucis fœdatos. Has me iubente, præsecuit, & quotidie nostra aqua Podagrica lauit. Cum hoc continuasset in paucis diebus omnes fuêre depositæ & eradicatæ optimè.

CVRATIO XXXV.

Linguæ verrucosæ.

Lingua verrucosa. *Simon Leberwurst.* *Dilinga.*

SImonis Leberwurst Ahenarij Dilingani filius annos natus octo contraxerat in lingua maximè ad radicem eius multas & altas verrucas, ob quas ægriùs cœpit insumere & deglutire cibos, reliquis interim corporis sui partibus benè ualentibus.

Oleum

Oleum Heracleinum.

Oleum Heracleinum.

His uerrucis, meo iussu, manè & uesperi admotum est oleum Heracl. quo solo in dies diminutę sunt, ac breui omnino extirpatę, nec unquam postea reuersæ.

CVRATIO XXXVI.

Tympanitæ & Vermium.

Tympanites. Vermes. Vlrich Iäger. Gienga.

EXperta in Gienga oppido ubi Vlrici Iäger filia, annos circiter decimosexto cruciabatur Tympanite, lumbricis, anorexia, siti, dyspnœa.

Hæc à nobis curata mox est sic *Purgatorium.*

Dec. Diaturbith cum rheobarbaro drach. iij.

Lactis

Lactis recentis unc. iij.

Miscentor pro haustu quem sequenti die repetiuit ac uermes, flatus, & aquositates deiecit, ac conualuit.

Diæta.

Pro potu dabatur aqua infusionis farinæ fini.

CVRATIO XXXVII.

Iterum vermium dolorisq; ventris ac capitis.

Vermes. Tormina. Michael Marte. Gienga.

EXperta in prædicto oppido ubi Michaeli Merte filia decem annos habens, citò liberata est his corporis ærumnis ad hunc modum.

Purgatorium Lohoch.

Rec. Diaturbith cum rheubar

barbaro in ſolido drac. ij.
Oxymel. ſimpl. vnc. ſem.
Miſce. fiat Loch. quo uermes egeſsit, ac extẽplò ſanata fuit.

Diæta.

Poui ſimul per biduum dabatur aqua infuſionis cœparũ.

CVRATIO XXXVIII.

Dyſenteriæ, capitis doloris, Deliramentiꝗ.

Dyſenteria. Gerg Sang.

CIuis eiuſdem oppidi prænotati Georgius Sang querebatur de filiæ uiceſimum annum agentis ægritudinibus modò enumeratis: quas per Dei gratiam, paucis remedijs eiuſmodi remoui citiſsimè.

Diæta.

Cibi erant liquidi & ſorbiles.

Potus. *Decoctum.*

Quod: Rec. Florum buglossæ P.iiij.
Rosarum.
Violarum, ana P.j.
Sacchari candi vnc.j.

Misce, & concoquantur in aquæ lib. viij. ad consumptionem lib. j. fiatq; decoctum.

Cataplasma,

Fronti, me iubente, applicabatur sæpius consequens cataplasma.

Rec. Rosarum rub. vnc. iij.
Semperuiui drachm. v.

Contundantur cum aqua rosarum in formam emplastri.

Atque his sanè sanitati mox restituta fuit.

CVRATIO XXXIX.

Colici doloris. *Colica.*

GEorgius Miller in Zyrten *Georgius* cùm ageret annum uicesi- *Müller.* mum secūdum uentris dolorē *Zyrta.* ualdè intensum perpessus est. Huius uerò sanitas per nos citò recuperata est, hoc modo.

Purgatio.

Rec. Mass. pilul. de agarico, scrup. ij.
Sine quibus, scrup. j.
Trochisc. de agarico, scrup. semis.
Diagrydij grana iiij.
Cum syr. rosato solut Montani fiant pilulæ viij. Inuoluantur cinnamomo. His bene expurgatus fuit.

Fotus.

Pro uentris fomento decoquebatur Mētha, in aqua, quo multum etiam leuatus est.

Diæta.

Potus erat uinum, cui imponebat flores chamomillæ.

Cibus. cal. humid.

CVRATIO XL.

Præfocationis matricis, cum vomitu.

Matricis suffocatio, vomitus. Gundelfinga. Hans Iacob.

EXperta Gundelfingæ in Hans Iacobi uxore uiginti sex annos nata, quæ cum uteri suffocatione passa est crebro uomitus, nauseam, cibi fastidium, capitisq; dolorem.

Vrina apparebat alba, crassa

cras

crassumq́; sedimentum erat.
Hæc uelociter à nobis ita curata est.

Diæta.

Cibi erant iuscula.
Potus, *Decoctum.*
Quod, Rec. Melissæ.
Rorismarini ana M. j.
Pulegij, M. s.
Liquiritiæ rasæ vnc. s.
Ficuum numero vj.
Passularum uncias iiij.
Cinnamomi drachm. j.
Coquantur in aquæ lib. viij. ad consumptionem lib j. colaturæ admisceatur.
Conseruæ Dianthous.
q. s. ad dulcorandum, & suauẽ potum reddendum.

Fomentum.

Fomentationes ex meliſſa & pulegio una cum decocto ſtatim placarunt & ſedarunt uterum & ſymptomata, ſicque euaſit mox ſana.

CVRATIO XLI.

Viſus diminuti, corrupti, ſcotomiæ, &c.

Viſus diminutus. *Scotomia.* *Thomas Leberwurſt.* *Lauinga.*

THomas Leberwurſt ſenior Ahenarius Lauinganus ſex ſupra ſexaginta annos natus diminutè, corruptè, ſcotomaticè, & indiſcretè uidebat omnia, propter nebulam craſſam in altero oculo apparentem.

Aqua ophthalmica.

Aqua ophthalmica.

Iſte bonus ſenex, meo monitu

itu, manè ac uesperi impo-
uit in oculum de Aqua oph-
halmica nostra guttas quin-
que. Ecce miraculum Dei in-
ra tres dies subitò uidit, subi-
tò cernit, & discernit res ma-
gnas & paruas, agnoscit ho-
mines, dignoscit colores, om-
niaque clarissimè uidit, quæ
ante aquæ usum nequaquam
ueluti cæcus uidebat, & cer-
nebat.

Qua de causa ista aqua di-
gnis celebranda est encomijs,
ut quæ indubitanter remouet
omnia oculorum mala, ipsam
etiam cæcitatem ab ex-
tra causatam.

CVRATIO XLII.

Pleuritidis, Hydropis, &c.

Pleuritis. *Hydrops.* *Caſpar Otth.* *Gienga.*

CAſpar Otth ciuis Giengenſis uir ætatis annorum triginta pleuriticus erat & Hydropicus, ac periculosè decumbebat.

Vrina eius ſpumoſa & rubens erat.

Hic per Dei grariã noſtramque fidelem curam breui hâc uia ad ſanitatem redijt.

Diæta.

Cibi erant iuſcula.

Potus. Aqua decoctionis radicum hirundinariæ & Cardui Mariæ herbæ.

Purgatio.

Rec. Diaturbith cum rheubar-

barbaro drach. vij.
Seri lactis vnc. v.

Fiat haustus, quem altero die reperiuit, & ichoras copiosè eduxit, mox rectiùs habuit, urinaq; naturalis facta.

Emplastrum.

Tumorem pedum remouimus stercore uaccino uino cocto, & emplastri modo applicato sæpius.

CVRATIO XLIII.

Peripneumoniæ.

Peripneumoniæ.

EXperta optimè in Gundelfinga ciuitate, ubi Sebastiani Stizelin coniunx septuaginta quinq; annorũ mulier lethali correpta fuit Peripneumonia:

Gundelfinga.

Beste Strizele.

quam i dicabant sequētia indicia. Nam cruciabatur febre continua & acuta, difficili anhelitu, tussi grauiss. grauitate pectoris sputū reijciebat spumosum, cruentum, flauum, cibi aderat fastidiū, sitis immensa, totiusq; corporis impotentia. Vrina apparebat spumosa & rubra.

Hæc autem desperata fœmina Dei inuocati ope, & cura fideli nostra citò seruata est in hunc modum.

Diæta.

Cibi dabantur liquidi.

Potus. Lac amygdal. dulc. paratum ex colatura furfurum & dulcoratū ex Manus Christi simpl. *Pur-*

Purgatio.

Rec. Syrup. violati ſolut. uncias iiij.
Aquæ cichoreæ unc. ij.
Miſce, fiat hauſtus, quo re-
& optimè euacuata eſt, &
na naturalis reddita, om-
nq; remiſsiora facta. Tertio
iſt die iterum exhibuimus,
indies poſtea bona conſe-
ta fuit ſanitas cum Dei Opt.
ax. Medici laude & gloria.

CVRATIO XLIV.

Febris tertianæ, &c.

Tephanus Hopff Hervver- *Febris 3.* *Stephan Hopff. Hervverdinga.*
dingæ agens ætatis ſuæ qua-
agenarius, tertiana febre te-
neba-

nebatur cum dyſpnœa, & oris amaritndine.

Lotium offerebatur ſpumoſum, rubrum.

Hic hâc à febre & ſymptomatis liberatus eſt in quatriduo ſic.

Sudoriferum, Vomitoriumq́.

Sudoriferum, Vomitoriumq́.

Rec. decocti centaurei min. vncias vj.

Pul. rad. aſari, ſcrup. ij.

Miſce pro potu: quem calidè ebibit per ſeptem horas ante paroxyſmum, & in lecto multum ſudauit, multumq́ue uomuit, ac febris illico intermittere cæpit.

Phlebotomia.

Sequenti die ab euacuatione

e precedēte fecuit, iubēre me,
epaticam uenā in dextro cu-
ito, eaq́; ex uſu fuit magno.

Diæta.

Cibi fuêre humectantes.
Potus. Aqua decoctionis
ragariæ & rad. cichoreæ.

CVRATIO XLV.

Aſthmatis, præfocantis. *Aſthma.*

Ohan. Schmid ciuis Hőch- *Hans*
ſtadianus uir annorum duo- *Schmid.*
um ſupra quadraginta Aſth- *Höchſtad.*
mate ſtrangulante angebatur
dies noctesq́;.

Vrina ipſius turbida appa-
rebat & ſpumoſa.

Huic per me breuis curatio
adhibita fuit talis.

Infu-

Infusum Catharticum.

Rec.Pul.ſenę laxat.drach.v
Vini lib.ʃs.

Macerētur per noctem pr
infuſione, quam per quatuo
uices diebus continuis inſum
pſit, ac aluus rectè ac benè re
ſpōdit, & ſuſpirioſum malum
indies conquieuit, & ſedatum
fuit.

Diæta.

Cibi offerebantur liquidi.

Potus, Aqua, in qua hyſſo
pum, flores uiolarū, liquiritia
paſſularumq; incocta fuerant

CVRATIO XLVI.

Febris ardens.

Febris ardentis & ſympto-matum.

Io

IOhann Hizler Hervverdingensis annos habens circiter triginta, ardente febre extorrescebat. Accesserat pertinax vigilia, lingua arida, spiritus difficilis, cibi fastidium, vehemens sitis, eratq; ab omnibus desperatus. *Hans Hizler. Hervverdinga.*

Vrina fuit ruffa, turbida, spumosa, mortifera.

Huius deplorati hominis curam suscepi talem.

Diæta.

Cibus erat liquidus, sorbilis, humectans.

Potus. Aqua iulebizata iulebo uiolato.

Purgatorium.

Rec. decocti aperit. cũ rheubarbaro, vncias iij.

Syr. rosati solut. vnc. ij
Syr. de rheubarbaro sol
vnciam j.

Commisceátor pro haustu quo aluus multa biliosa & ua ria egessit, & febris sese mo inclinauit, urinaq; cæpit natu ralis fieri.

Phlebotomia.

Sequenti die post euacua tionem hanc Basilicam uenam me admonéte pertudit, & mu tum etiam euacuauit. His it in nomine IESV peractis præ ter omnium hominũ opinio nem, & spem Dei nutu & mi sericordia iterum incolumi restituitur. Deo soli inuocan do laus esto in omne æuum Amen.

CVRATIO XLVII.

Ventris tumoris, doloris febrisq́.

EXperta bene in Heydẽheim oppido, ibi Georgij Erdl filius decennis his malis implicitus fuit. *Tormina, Tumor vẽtris, Febris. Heydenheim. Georg Erdl.*

Lotiũ reddebat ſpumoſum & rubrum. Iſte Puer oppidò liberatus per nos ita fuit.

Purgatio.

Rec. Diaturbith. cum rheobarbaro drachmas ij. ſemis.

Seri lactis vncias ij.

Miſce pro hauſtu: quem per tres dies continuos accepit, & expurganda expurgauit optimè, optimeque tumorem cum febre depulit.

Sacculus.

Sacculus præterea ex absinthio factus est in lixiuio coctus, uentrique appositus, dolorem abegit.

Diæta.

Cibus concedebatur facilis & bonus.

Potus. Aqua, in qua decoctæ erant radices urticæ.

CVRATIO XLVIII.

Pleuritidis.

Pleuritis.
Gerg Kappenschneider.
Holzen.

GEorgij Kappenschneider uxor quinquaginta sex annorū pleuritica decubuit grauiter in Holzē pago. Huic subuenimus paucis sequentibus remedijs.

Fomen-

Fomentum.

Maluam lacte coctam lateri dolenti imposuimus, qua dolor mitior factus fuit.

Phlebotomia.

Venam cubiti hepaticã tundi curauimus in affecto latere.

Diæta.

Erant iuscula aliaq; liquida. Potus, Aqua mulsa pertenuis, in qua incoctus fuit Carduus Mariæ. Atque ita mox euasit sana.

CVRATIO XLIX.

Vteri ascensus, Vomitus cibi, potusq; spirandi difficultatis, Præcordiorum doloris, sitis inappetentiæ.

Matricis suffocatio, Vomitus, Asthma.

Höchstad. Michl VVurm.

EXperta feliciter in Hochstadiana urbe, in qua Michaëli VVurm Nosocomij Magistri uxor, circa ætatis annum quadragesimum quartum istas ægritudines passa fuit propter uteri ascensum. Sed imploranti nostram curam succurrimus statim hoc modo.

Fotus.

Sacculus.

Rec. Melissæ.
Pulegij ana Manip. v.
Menthæ M. iij.

Contusa indebantur sacculo ex lino, & incoquebantur aqua, expressus pòst sacculus uentriculo, & uentri admouebatur.

Anti

Antiuomitorium.

Ante cibum capiebat Myuam cydoniorum aromat. qua cum fotu prædicto uomitus repreſſus eſt unà cum Matrice

Diæta.

Cibis incoquebatur cinnamomum.

Potus. Vinum erat, cui imponebat meliſſam. Atq; ex his paucis adiumentis adiuta citò fuit miſerè ęgrotans mulier.

CVRATIO L.

Aſthmatis, Tuſsis, Anorexiæ, Sitis, capitis doloris.

AB his malis citò liberatus fuit per nos Vitus Mayſch Knöringēſis, cùm ageret annū quartum ſupra quadrageſimū.

Aſthma.
Tuſsis.
Veidt Mayſch.
Knöringa.

Lotium nobis exhibebat ſpumoſum & turbidum.

Purgatorium.

Purgabatur ſic.

Rec. decocti ſenæ vnc. iij.
ſyr. roſat. ſol. vnciá ſemis.
elect. de ſucco roſ. vnc. s.
diaphœniconos drac. iij.

Miſce. Hoc potu optimè fuit euacuatus & ore, & aluo.

Phlebotomia.

Purgatione peracta uenam cordis aperuit.

Diæta.

Cibos cōcedebamus faciles.

Pro potu. *Decoctum.*

quod, Rec. florum uiolarum.
roſarum ana P. ij.
liquiritiæ raſæ drachm. ij.

passu-

passularum vncias iij.
aquæ lib. viij.
Decoquebantur simul ad [c]onsumptionem lib. j.
Et sic sanè sanus euasit in [p]aucis diebus.

CVRATIO LI.

Febris tertianæ continuæ. *Febris 3.*

[I]N Knöringa prædicto loco *Knöringa*
Christophori Nunnebecki *Stoffl*
[v]xor 25. annorum tertiana fe- *Nunne*
[b]re continua laborabat. *beck.*
Vrina rubẽs offerebat nobis.
Hui9 curatio eiusmodi fuit.

Purgatio.

Rec. decocti aperitiui cum
rheubarbaro vnc. iij.
syr. ros solut. Mont. vnc. j.
elect. de succo ros. drac. v.

Misce pro potu, qui rectè multumque expurgauit expurganda.

Phlebotomia.

Præter purgationem uenam internam quoq; aperuit.

Diæta.

Cibus dabatur bonus.
Potus. Decoctum.
quod Rec. fragariæ.
Scolopendriæ, ana M. j.
Rosarum.
Violarum, ana P. j.
Liquiritiæ rasæ drach. iij.
Passularum vnc ij.

Coquātur in aquæ libr. viij. ad consumptionem lib. j. Et his quidem adhibitis liberata ex toto est à febre statim.

CV.

CVRATIO LII.

Insaniæ, cum febre & Asthmate.

Insania. *Hans Mair.* *Medlinga.*

Ohann. Meyr in superiori Medlinga hahitantis Filius, natus annos uiginti, insania correptus fuit, simulq; paulò post febre, ac asthmate vexari cepit.

Vrina erat spumosa & rubra.

Sanus ipse à nobis factus cito est sic.

Pilulæ.

Rec. M. pil. sine quib. scru. ij.
Cochiarum. scrup. j.
Trochisc. de agarico scrupul. j.
Cum syr. rosat. solut. Mont. formentur pilulæ viij. quæ recte multumque euacuarunt.

Phlebotomia.

Sanguis porrò emittebatur è uena cordis copiosè ac salubriter.

Diæta.

Pro potu ordinauimus uinum multa aqua dilutum.

CVRATIO LIII.

Pleuritidis lethalis.

Pleuritis. Medlinga. Hans Schmidin.

IN Medlinga Hans Schmidin Vidua sexagenaria correpta fuit mortifera pleuritide.

Vrina ipsius crassa, rubra, & lethalis erat.

Sed huic iuuante Deo, auxilio ita fuimus.

Purgatio.

Rec. decocti senæ vnc. ij. s. syr. uiolat. solut. vnc. s.

e

el. Diaphœniconos.
el. de ſucco roſ. ana drach
mas iij.
Trochiſc. de agarico ſcru-
pul. ſem.
Miſce. Purgata fuit hoc po-
ſectè & bene.

Phlebotomia.

Sequenti die aperuit, horta-
noſtro, uenam hepaticam
ecti lateris.

Diæta.

Cibaria dabantur liquida.
tus. *Decoctum.*
uod. Rec. Cardui Marię M. j.
liquiritiæ raſe drachm. ij.
num num. iij.
paſſularum vnc. iij.

De-

Decoquebantur in aqua
lib. viij. ad consumtionē lib. j

CVRATIO LIV.

Contracturæ Manuum.

Contractura Mannuū. Meding. Monasterium. Barbara de Neresheim.

OPtimè experta in Monaste rio Medingensi, ubi Barba ra de Neresheim monacha manus contractas habeba quas in paucis diebus restitu mus, ut sequitur.

Purgatorium.

Purgabatur sic.

Rec pul. senæ laxat. vnc. j.
sacchari vnc. j.
aquę stillaticię card bened. lib. j s.

Macerabantur per nocte in loco calido ꝑ infuso: qu tribus uicibus, percolan sum

ebatur manè, & per horas
s ante cœnam.

Balneum Hidroticum.

Balneum Sudoriferum.

Rec Rutæ.
Absinthij.
Pulegij.
Marrubij.
Maioranæ.
Origani.
Saluiæ.
Calamenti.
Hyssopi.
Centaurei min. ana Manip. iij.
Granorum iuniperi. M. v.
Florũ chamomillæ Man. iiij.
Sulphuris vnc. j.
Salis vnc. iij.

Com-

Commiſceantur & coquantur in forti lixiuio q. ſatis eſt, fiatq́; laconicum balneum in quo lapides igniti reſpergantur eodem lixiuio : quo ægra ſoror utebat̃ manè & ueſperi.

Vnguentum.

Poſt balneũ ueſpertinũ perungebantur contractæ manus hoc unguento.

℞ Rec.ping.vulpis vnc. iiij.
ping.taxi vnc. ij.
Maſticis drachm.iij.
Euphorbij drachm.ij.
Piperis utriuſq; drach.vij.
Vini opt.lib.j s.

Fiat decoctio ad conſũptionem uini, formeturq́; ung. cuiꝰ ſit uſus p̄dictus. Atque iſta citò profe-

[o]bfecere,& ſanā uirginē fecere.

CVRATIO LV.

Anginæ, Squinantiæ,

MElchioris Rimele, qui Offingę habitabat, mulier annorum circiter triginta, lapſa fuerat in grauiſsimam Synanchen. Sed ab hac hæc mox liberata per nos fuit hoc ſolo Gargariſmo.

Angina.
Squinantia.
Melchior Rimele.
Offinga.

Gargariſmus.

Rec. Plātaginis cū rad. M. j s.
prunellæ M. s.
lappæ maioris rad. vnc. j.
vini &
aquæ ſingul. lib. ij.

Decoquātur ad dimidias, & fiat Gargariſmus, quo ſæpius ægra utebatur.

CVRA-

CVRATIO LVI.

Arthritis.

Arthritidis Articularisue morbi.

Offinga.
Michl VVidemann.

IN Offinga prædicto loco Michaëlis VVidenman uxor quatuor ſupra quadraginta nata annos, patiebatur artuum grauia tormenta. Quæ nobis medicantibus, ſtatim & mitigata & ſedata fuêre iſto modo.

Purgatio.

Rec. decocti aperitiui cum rheubarbaro vnc.iij.
Syr.roſat.ſolut.Mont. vn. s.
Diaphœniconos drac. vj.
Miſce. Hauſtu hoc optimè fuit purgata.

Phle-

Phlebotomia.

Vena porrò secta fuit ante meridiem Basilica, post in pollice pedis dextri. Et his quidem soporatus est dolor.

CVRATIO LVII.

Sanguinis fluxus insignis per Nares.

Sanguinis fluor per Nares.

Conrad. VValkumb.

Roshaupten.

CONradus VValkumb agricola in Roshaupten uitam colens seruum uiginti sex annos natum habebat, qui in sanguinis per nares fluxum ualdè copiosum inciderat, ut intra diem circiter decem sanguinis libræ profluxerint. Consultus mox fluxum repressi sequentibus remedijs.

Odoramentum.

Olfaciebat ſtercus ſuillum, & iſto olfactorio ſtatim remiſſius factum eſt profluuium.

Epithema.

Lintea aqua chalybeata frigidiſsima imbuta applicabam fronti, collo toti, ceruici, & ſcapulis, item ad hepatis regionem, his factis fluxus deſijt, rectè habere cœpit.

Diæta.

Potui dabatur ſimul aqua chalybeata, & ea cibus coquebatur.

CVRATIO LVIII.

Febris ardentis, inſomniæ, &c.

Febris ardens. Inſomnia.

IN Saxenhuſen Leonhardi Ortlieb uxor, uterũ ferens, iactaba-

abatur graui febri ardente, i Insõnia, Anorexia, Siti, &c. Hæc ex febre, eiusq; accidé-bus cito conualuit per Dei ementiam sic.

Diæta.

Cum cibo humectante offe-batur pro potu.

Decoctum.

Rec. rosarum.
violarum ana P.ij.
passularum vncias ij.
sacchari candi vnciam j.

Decoquantur in aquæ lib. iij. ad consumptionem lib. j. tq; decoctum.

Lambitiuum.

Lambebat crebrò syrup. a-tosit. citri.

Vng. Somniferum.

Vnguentum Somniferum.

Rec. vng. de alabaſtro vn. s
Opij grana iij.

Hoc pro remouenda inſomnia, tempora inungebantur.

Phlebotomia.

Vnà cum his adminiculis uenam internam meo hortatu aperuit, & ad uncias ij. ſanguinem dempſit.

Atque his præſidijs febris ex toto cum ſymptomatis depulſa fuit. Deo ſoli laus eſto. Amen.

Vomitus, Aſthma, Febris. Paulus Gerhey. Sontag.

CVRATIO LIX.

Vomitus, Febris, Aſthmatis,

PAulus Gerhey in Sontag vitam agens poſt trigeſimũ ætatis annum febricitabat, circa præ-

a prçcordia anxietates perfe-
ebat, omnia, quæ edebat, &
bibebat, remouebat. Hic adiu-
us ab adiuuante nos DEO
Opt. Altiſsimo fuit in hunc
modum.

Sacculus ſtomachalis.

Menta ſicca trita indebatur
ſacculo & ex lineo panno, &
applicabatur uentriculo.

Diæta.

Stomacho ieiuno & euacua
o bibit parum uini ſublimati.
Et per dimidiã horã ante ci-
bum capiebat de conſerua ab-
ſinthij, drachm j s.

Vino tenui, quod bibebat,
impoſuit mentham. Et his ſa-
nè ſaneſcebat æger mox, &

quæ ſumebat, retinebat, & nõ iterum uomebat.

CVRATIO LX.

Lumbricorum.

Lumbrici.

MVlier Chartaria in Schrezen ſexagenaria multum torquebatur uermium lancinatione.

Hæc à me curata ſic fuit.

Helminthagogum.

Rec. Diaturbith cum rheubarbaro drachm. vj.
lactis recentis vnc. v.

Miſce pro potu, quem manè bibit, & per tres horas ante cœnam: quo multũ purgata fuit, & multos uermes ore, aluoq; eiecit, atque ſanitatem iterum obtinuit.

CV-

CVRATIO LXI.

Colicæ pasſionis.

BEne probata in Zuſannaltē, ibi Iohannes Tochtermann triginta quatuor annorum infeſtè cruciabatur coli dolore cum aſthmate. (moſa.

Colica. paſsio. Zuſannalten. Hans Tochterman.

Vrina eiꝰ turbida erat & ſpu

Liber aũt & ſanus illicò euaſit,ꝑ ſequẽs infusũ Catharticũ.

Infuſum Catharticum.

Infuſum catharticum.

Rec. trochiſc.alhandaal pul. drach.j.

ſeri lactis vnc. x.

Macerẽtur per noctẽ in loco calido,fiatq; infuſio: de qua colata bibit calidè ad vncias v. ſedens in balneo aquæ dulcis. Tantundem bibit & fecit

ſequenti die. Atque ſtatim ſanatus eſt.

CVRATIO LXII.

Febris ardentis & ſymptomatum.

Febris ardens. Stephan Rutz. Zirta.

STephanus Rutz ſex ſupra triginta natus annos detinebatur in Zirta grauiſs. ardente febri. Cura pro eo eiuſmodi inſtituebatur.

Purgatio.

Rec. pilularum ſine quibus
Aurearum, ana ſcrup. ij.
Diagrydij grana v.
Cum ſyr. roſ. ſolut. fiant viij. quibus multa biliosa egeſsit.

Phlebotomia.

Poſt alui egeſtionē ſanguinem multum detraxit ex Hepatica vena.

Diæta.

Diæta.

Potus cum cibo humectãte & refrigerante erat decoctum hordei saccharatum. Et per ista remedia statim decessit febris

CVRATIO LXIII.

Iterum febris ardentis, capitis doloris, Diarrhæa.

Febris ardens. *Diarrhœa.* *VVeysinga.* *Petrus Bretzl.*

IN VVeyssinga quoque Petrus Brezl uiginti sex annorum febrem ardentem habebat capitis dolore & alui fluore comitantibus.

Huic succurrebatur à nobis hoc modo.

Diæta.

Victus ratio erat humectans & refrigerans.

Potus, *Decoctum.*

quod Rec. cichoreæ cũ rad.
fragariæ ana M. j.
passularum vnc. j.
sacchari candi vnc. j.
Coquantur in aquæ lib. viij. ad consumptionem lib. j. colatum bibit. q. v.

Phlebotomia.

Ex iussu nostro uena mediana secta est, & multus sanguis detractus.

Epithema.

Epithema frontale.

Rec. aquarum rosarum.
solatri.
semperuiui.
bursæ pastoris ana vnc. iij.
camphoræ tritæ drac. j s.
Agitata simul temporibus & fronti applicabantur. His paucis

paucis in paucis diebus liberatus fuit à febri & symptomatibus pancraticè.

CVRATIO LXIV.

Febris quotidianæ, Cordis palpitationis, Dyspnææ, &c.

Febris. i. Cordis palpitatio. Madl Elchingerin. Laugingæ.

MAgdalena Elchingerina uidua ætatis suæ sexaginta annorum apud Lauinganos istis malis conflictabatur.

Vrina oblata spumosa & turbida erat.

Hæc me consulto statim euasit omnino sana per solum consequens Purgatorium.

Rec. decocti senæ vnc. iij s.
Diapheniconos drac. vj. s.
Misce, fiat haustus, qui optimè &

mè & ſaluberrimè operatus eſt, ac priſtinam ſanitatem reddidit.

CVRATIO LXV.

Epilepſiæ paruæ, Melancholiæq́.

Epilepſia. Melancholia. Alexius Ruff. Lauinga.

ALexius Rueff textor, & ciuis Lauinganus, cùm annos haberet quadraginta quatuor ætatis, paruam paſſus eſt Epilepſiam, comite Melancholia.

Vrina exhibebatur ſpumoſa & turbida.

In conſilium adhibitus ego hominem integræ ſanitati per medelas paucas paucis in diebus reſtituo ſic.

Sudoriferum, Vomitoriumq́.

Sudoriferum.

Vomitoriumq́.

Rec. pul. radic. Aſari drach. j.

vini vncias vj.

Misce, fiat haustus, quô calidè ebibito in lecto multum sudauit, uomuitque, meliusque mox habuit.

Sternutatorium.

Nostro sternutatorio etiam usus fuit maximo cum fructu.

Diæta.

Potui dabatur uinum Hyssopites.

CVRATIO LXVI.

Epilepsiæ.

EXperientia optimè cõprobata Lauingæ in Leonhardi Marschalki uxorę uehementer Epileptica: q̃ ætatis anno 46. me consulto & maximè Deo implorato ad sanitatẽ uerá reducta est hac uia. *Diæta.*

Epilepsia. Laugınga. Leonhard. Marschalck.

Diæta.

Potum ſuadebam aquã decoctionis ſaluiæ. quia egenus erat ciuis.

Purgatorium.

Rec. aquæ flor. tiliæ vnc. vj.
Trochiſc. alhandaal drac. ſemis.

Miſce, fiat infuſio ſ. artem, pro duabus uicibus colandis, ac per duos continuos dies bibendis.

Sudoriferum.

Sudoriferum.

Poſt bonam per aluum factam purgationem, ſeptem dies in lecto ſudauit capiendo de hyſſopi decocto calente vncias vj. His ita peractis liberata ex toto fuit cum DEI laude

[la]ude & gratiarum actione.

CVRATIO LXVII.

Doloris Artuum, Ventris, Matricis.

[L]auingani ciuis & præfecti Mendicorum Teli VValch [u]xor octo supra quadraginta [a]nnos nata perferebat dolo[r]es Arthriticos, uentris item [a]c uteri. *Dolor Articul. Ventris, Matricis. Lauginga. Tely VValch.*

Hæc aspirante Deo sana per [h]os facta est in quatuor dieb.

Hidroticum. *Sudoriferum.*

Rec. radic. Asarij vncias ij.
aquæ fontanæ &
vini ana lib. iiij.

Coquantur igne léto ad dimidias, fiatq́; Decoctũ de quo [b]ibit manè in lecto ad vn. vj. ca[l]idè, & desudauit diu, multũq́;.

Diæta.

Diæta.

Potus prębebatur aqua mulsa, cibique faciles.

CVRATIO LXVIII.

Diarrhœæ chronicæ, Anorexiæ, Dispnœæ.

Diarrhœa.

BEne experta Lauingæ, ubi Martinus Hochstetter septuagenarius louginquo fluctuabat uentris profluuio cum cibi nausea, & respiratione difficili.

Lauinga. Marte Hochstetter.

Vrinā exhibebat nobis spumosam, turbidam.

Hydroticum.

Sudoriferum.

Rec. fol. senæ mundat. vnciam semis.
cinnamomi electi drac. j.
vini absinthiaci lib. ij.

Mace-

Macerentur ſimul pro infuſione, ex qua bibit in lecto ieiuno uncias vij. calidè & coopertus benè ſudauit multum, & per hanc ſudationem continuò remiſit profluuium, atq; ex integro conualuit.

CVRATIO LXIX.

Febris tertianæ.

Febris 3. Lauinga. Ionas Blatner.

EXperta benè Lauingæ in Iona Blatner laminario & eius quinquaginta annos nato & febrem tertianam nacto, qui ſanus euaſit intra diem ſic.

Vinum ſublimatum pantonoſagogum.

Vinũ ſublimatũ pantonoſagogum.

In principio rigoris exhibui uini ſublimati noſtri vnciam j.

Et post horam uomitu & secessu habuit & uomitiones & deiectiones multas biliosas & pituitosas, atq; è uestigio paroxysmus ac febris ex toto dimisit.

Phlebotomia.

Nihilominus sequenti die, monẽte me, secuit hepaticam uenam, qua cura felicissimè fuit completa.

CVRATIO LXX.

Asthma. Orthopnœa.

Asthmatis, Orthopnœæ, Anorexiæ.

EXperiẽtia optimè comprobata in eadem urbe Lauingana, ubi Maria Felkin triginta annorum mulier asthmate &

& Orthopnœa graui compri-
mebatur. Vrinam oſtendebat
pumoſam & turbidam.

Curatio pro ea breuis hæc
rat.

Vinum ſubli. pantonoſagogum. *Vinũ ſubl. pantonoſagogum.*

Rec. Vini ſublim. noſtratis
nciam j.

Hoc per os & aluum purga-
a fuit, malaq; prædicta remiſ-
ora facta fuêre. Dedi ſequen-
i die iterum idem uinum ad
nciam j. quo uomuit biles
t phlegmata craſſa, tenacia.
tq; in horas rectiùs habuit &
ualuit.

CVRATIO LXXI.

Partus difficilis. Fœtus mortuus.

Partus perdifficilis, & fœtus mortui in vtero.

Glett.
Io. Scheiteberger.

EXperta feliciter in Glett, ubi honeſtiſs. viri D. Iohannis Scheitebergeri Generoſorum & Illuſtrium Comitum Fuggerorum, &c. Præfecti uxor in perdifficili & deplorato erat partu. Nam fœtus mortuus neutiquam etiam urgentibus doloribus extorqueri, fortè, quia præpinguis erat, potuit. Ego imploratus ab anxio marito in deſperato hoc caſu adiuui ex inſperato miſeram & nouiſsima ualetudine conflictam coniugem per Dei gratiam ſic:

Oleum Carabinum.

Oleum Carabinum.

Obſtetrix, iuſſu meo, ex oleo carabino tredecim gutta

im

impoſuit in umbilicum, & to-
tidē guttas cū pauxillulo uini
bis intra horā bibendas dedit.

Hoc facto per Dei nutum & clementiam mox intra horæ ſpatium fœtum peperit & excluſit admirantibus omnibus & collaudantibus olei carabini uirtutē, quam ueluti occultam & peculiarem in ipſum indidit Deus in omne æuum honorificandus ꝑ noſtra liberatione ab omni malo. Amen.

CVRATIO LXXII.

Epilepſiæ. *Epilepſia.*

MAria Schleifferin apud Lauinganos in Noſodochio agens uidua ætatis annorū ſe-

ptuaginta iactabatur quatuor fermè annos morbo comitiali per hebdomadum interualla & tempestatū uarietatem. Mea usa consilio consului & dedi.

Vinū subl. pantonosagogum.

Vinum subli. παντονοσαγογόν. Quo copiosè & sine molestia euacuata per aluum fuit ac inopinanter subitò (iuuante Deo semper tùm à Medico, tùm ab ægroto inuocando) libera ab isto longissimo, & immani morbo euasit, atq; postmodò nunquam annis iam multis, quibus mansit & manet superstes ac sana ista horribilis ægritudo redit. Deo soli creanti Medicum honos esto & gloria in secula seculorum. Amen.

CV-

CVRATIO LXXIII.

Pleuritidis Mortiferæ.

VLrici Rentneri ciuis & Cauponis Höchstadiani uxor nata supra quinquaginta pleuritidem pernicialẽ passa fuit. *Pleuritis.*

Vrina dabatur spumosa & turbida.

Medendi ratio ei hæc fuit.

Phlebotomia.

Hæc mulier requirẽs & flagitans à me auxilium, (nam antea quoque prosperè fuerat feliciter usa meis curationib.) ante omnia, me iubente secta fuit interna uena, & copiosè detractus sanguis.

Fomentum.

Singulis 3. horis lateri dolore affecto imposuit lintea imbuta lacte caprino cum butyro recenti quo dolor lateris subministrãte simul auxilium phlebotomia imminutus est, meliusq́; sensit.

Diæta.

Cibi dabantur liquidi.

Potus. Decoctũ hordei saccharatũ ex Manus Christi perl.

Purgatio.

Quarto die à uenæ sectione purgabatur ita:

Rec. Decocti aperitiui cum rheobarbaro vnc. j s.
Syr. de rheubarbaro solut. vncias iij.

Misce.

Misce. Potio ista rectiss. & plurimùm tàm ore quàm aluo euacuauit euacuanda, & mox rectè ac basilicè habuit ac ualuit, cum laude Dei solius honorificãdi per omne æuum.

CVRATIO LXXIV.

Pleuritidis.

Iterum pleuritidis.

EXperta bene in prædicta ciuitate Höchstatt, ibi coniũx Martini Feurle quinquagenaria pleuritica erat. Vrina mittebatur ad me rubens, confusa, lethifera.

Phlebotomia.

Curaui statim tundi uenam basilicam in affecta parte, multumq; detrahi sanguinem. Idque multum profuit.

Sudoriferum.

Sudoriferum.

Altero post uenæ apertionē die sudauit in lecto bene contecta insumpto calido haustu: Quod, Rec. Aquæ carduibened. vncias vj.

Rad. asari pul. drachm. semis.

Misce.

Eclegma.

Interea dum ista fiunt, crebrius urgente maximè siti, sumebat hoc Eclegma:

Rec. Syr. de Liquiritia,
de hyssopo
Acetosæ s. ana vnc. j.
Oxymel. squillit.
Aceti squillit. ana dra. iij.

Misce.

Diæta.

Diæta.

Cibi præbebantur iuſcula, liaque liquida.

Potus. Decoctum hordei accharatum. (fuit.

Atque his ſanè ſanata ſtatim

CVRATIO LXXV.

Aſthmatis, Orthopnœæ, Tuſsis. inappetentiæ.

Aſthma. Orthopnœa.

EXperta optimè in Faymin-ga, ubi uidua Barbara Ma-kin ſupra quinquaginta an-nos nata paſſa fuit iſta mala hronicè.

Lotium eius erat ſpumo-um, turbidum.

Purgatorium.

Rec. Trochiſc, alhandaal puluer. drach. j.

Aquæ

Aquæ mulſæ lib.j.

Fiat infuſio pro tribus uicibus colandis.

Infuſum hoc permulta & uaria deturbauit aluo, ac intra triduũ remotis omnibus prædictis uitijs benè ualere cœpit.

Diæta.

Cibi erant iuſcula, aliaque liquida.

Potus. Decoctum hordei ſaccharatum.

CVRATIO LXXVII.

Febris ardentis, Aſthmatis, Tuſsis, Anorexiæ, Icteri.

[F]ebris ar[d]ens. [A]ſthma. [I]cterus. [L]auginga. [S]imon [M]air.

PRudentiſs. uiri & ſenatoris Lauingani, Simonis Mair ſoceri mei chariſs. uxor relicta uidua

idua annos ſexaginta quatuor nata cùm eſſet, febri ardẽtiſsima corripiebatur comitãtibus Icteritia, Anhelatione, Tuſsi, Inappetentia, Siti, &c. malis.

Vrina erat ſpumoſa, confuſa, fœtida, lethalis.

Infuſum purgans.

Infuſum purgans.

Rec. Extracti Eſulæ drach. j.
Aquæ fontanæ vnc. vij.

Miſce pro hauſtu, quem colatum frigidè bibit, atq; ex eo purgata rectè & cnpiosè fuit, tàm ore quàm aluo, ac indies meliorem ualetudinem ſenſit, breuiq́; omninò ſana euaſit.

Diæta.

Fuit humectans & refrigerans. Po-

Potus. Aqua dulcorata per manus Christi.

CVRATIO LXXVII.

Capitis doloris intensissimi.

Capitis dolor. Fayminga. Dauid Burger.

VEnerabilis D. Ecclesiastes in Fayminga ouiculas Christi pascens Dauid Burger annos cũ haberet sex supra quadraginta cruciabatur ingenti capitis dolore.

Vrina excepta erat spumosa, aliâs satis bona.

Hîc, ubi multa alia nõ proficerent, à nobis per Dei gratiam curatus & sanatus mox ita est.

Vinum sublimatum pantonosagogum.

Vinũ sublimatũ παντονοσαγωγόν.

Rec. uini sublimati παντονοσαγωγοῦ, vnciam j.

A sum-

A'sumptione huius post hoam vomitu proiecit multa phlegmatica, ac statim dolor solutus & sedatus est.

CVRATIO LXXVIII.

Capitis doloris cum Melancholia.

Capitis dolor. *Melancholia.*

IN prædicto loco Christophorus Gruos textor supra quadraginta annos natus dolebat multũ ex capite, delirabat, in metu & terrore magno erat.

Vrina oblata apparebat spumosa, de cæteris utcũq; bona.

Hic inopinàter & citissimè sanus redditus est insumpta uncia j.

Vinũ subl. *Pantonosagogum.*

Vini subli. Pantonosagogi.

CV-

CVRATIO LXXIX.

Alui constipatæ.

Aluus constipata. *Nicodemus Fröschlinus P. L.*

CEleberrimo Viro D. Doctori Nicodemo Freschlino Poëtæ L. Comiti Palat. aluus, cùm ad me ueniret, per quatuordecim dies ex toto suppressa erat, nec potuit ullis medicamentis, clysmis etiam ab alijs præstantibus Medicis adhibitis liquari, solui & duci: ego statim dedi ipsi mox ante cibum de sequenti Electuario è Zizibis dicto ad drachmam unam deuorandam: quò certè aluus cõtinuò fuit emollitus, motus & subductus quotidiè, nec de nouo aluus suppressa fuit.

Ele-

Electuarium è zizibis, *Electuar. è Zizibis.*

λοπραγωγόν.

Sic habet.

Rec. Polypodij quercini recentis bene mundi. uncias viij.

Fol. senæ oriental.

Rad. maluauisci ana uncias iiij.

Anisi, drach. iiij.

Fiat omnium decoctio, iuxta artem in aqua fontana donec ueniat ad libr. ij. plus minúsve: postea cola cum leui expressione: colaturæ expressæ adde pulpæ zizibi lotæ cum uino Græco & maceratæ in dicta decoctione, postea transmissæ per setaceum lib. j. sac-

chari albiſsimi, vncias iiij.

Bulliant iterum ad conſiſtentiam cydoniaci.

Nota.

In defectu vini Græci ſupponatur aliud uinum potens album. In defectu zizibi, ponatur uua paſſa magna communis detractis arillis, ut ars docet. Hoc Electuariũ Romæ communicatum eſt cum Ill. Domino ab Excellentiſsimo V.D. Doctore Alexandro Petronio ſummi pontif. Rom. primario medico, quod poſtea etiam mecum communicauit.

CVRATIO LXXX.

Syncope, Animi deliquium.

Syncopes, animi deliquiorum.

No-

NObilis mulier N. perterrita metu inciderat in animi anxietates & deliquia, pro quibus tollẽdis admoui naribus

Oleum carabinum.

Quo ſtatim ad ſe redijt, & reualuit.

CVRATIO LXXXII.

De Millepeda Auris.

Millepeda Auris.

PVer alius nobilis ad me adductus eſt, in cuius aurem inter dormiendum irrepſerat Millepeda uermis, aliâs Scolopẽdra dictus, Ein Ohr Holder / Ohrẽmitel / qui flebiliter rodebat aurem. Ego inclinato capite impoſui in aurem quinq; guttas de

Oleo sulphuris.

Cuius ui impulsus de repente uermis prorepsit, & puer plenus lętitiæ incolumis recessit.

CVRATIO LXXXIII.

Pro Barbæ canitie remouenda.

Barbæ cana.

VIr quidã prę̃stans non multi æui petebat à me remediũ, quo canities barbæ præmatura amoueri possit.

Huic consului, ut tingeret canos sæpius.

Oleo Heracleino.

Hoc facto barba flauuit & subrubuit, nec canities cõspecta amplius fuit.

CVRATIO LXXXIV.

Iterum canitiei capillorum.

Cani capilli.

VIdua Nobilis N. cupiebat etiã amoueri canitiem, quæ multa multum deformauerat, & capillos & caput: iſta meo monitu capillos prædicto

Oleo Heracleino.

aliquoties tingebat, & hâc tincturâ omnis canities ſublata ocyùs fuit.

CVRATIO LXXXV.

Carbunculi, Ignis ſacri, Anthracis.

Carbunculus. Ignis ſacer. Anthrax.

MOnialis quædam paſſa eſt in pede Carbunculum, ſeu carbonem, ἄνθρακα Græcis dictum malignũ & ſęuum. Hanc

ſanauimus poſt multa fruſtrà ab alijs tentata remedia.

Emplaſtro.

℞, Rec. Stercoris vaccini lib. j.
Aceti uncias iij.
Olei roſati uncias iiij.
Croci ſcrup. s.

Miſce pro Emplaſtro: quod ſingulis 3. horis applicabatur tepidè. Atque hoc mitigatus dolor, extractus calor, remotus tumor, & morbus extirpatus eſt.

CVRATIO LXXXVI.

Eryſipelas.

Eryſipelas. Simon Mayr. Lauginga.

SImon Mayr, uir ſenatorij ordinis apud Lauinganos prudentiſsimus ſocer meus percha-

charus, passus est in utroq; crure, Erysipelas, & ignitam rubedinem per crura diffusam cum uehementissimo dolore. Hic opem pro leniendo cruciatu cùm imploraret,

Balsamum
Antalgetum

Balsamum Antipodagricum.

Nostrum folijs caulium inunctum applicaui pedibus affectis, quo præter aliorum spem statim dolor lenitus est, quieuit, dormiuit, ubi antea dies noctesq; uigiles, inquietas & infaustas perduxit ob impatibiles cruciatus.

CVRATIO LXXXVII.

Podagræ.

Podagra.

Lauginga. Anna Duchſcherin.

JN Laugingana ciuitate Anna Duchſchererin mulier quinquagenaria Podagræ dolores acerbos patiebatur circa pedum alterius malleolos & pollicis articulum.

Huic applicaui per famulũ. Balſamum antipodagricũ uel antalgetum meum.

Quo ex inſperato ilicet ſenſit euidẽter imminui dolores, meliusq; ſe habere & ualere. Et certè balſamum iſtud à me inuentum neminem fefellit unquam in demulcenda, mitiganda & remouenda non ſolám Podagra, Gonagra, Chiragra, ſed etiam in omni alio dolore externo. Atq; præſtat

ſanè

sanè virtute & valore Aquam antipodagricam nostram, quia maioris est uirtutis & minoris ualoris.

CVRATIO LXXXVIII.

Arthritidis, hoc est, Podagræ, Genagræ, Chiragræ,

Arthridis.
Podagra.
Chiragra.
Genagra

Nobilissimus D. M. C. S. ætatis anno quadragesimo sexto perpessus est sæuos dolores Arthriticos nimirum in Pedibus, Genibus, Manibus, Cubitis & Humeris: quæ partes omnes simul afflictæ afflictum affligebant grauissimè: Ego aduocatus contra hostes istos hostilia arma medica τὰ ἀντόριστα sumseram, sed sine ui-

ctoria, tandem ſolatium afferebat & mihi & ęgro ęgrè diſcruciato.

Balſamum Antipodagricum.

Balſamum antipodagricum Noſtrum, quo parata eſt victoria & ablatus tùm animi tũ corporis dolor hoc modo.

Linteola Balſamo intincta calidè applicabam omnibus partibus ſimul affectis, quo facto per Dei gratiam mox cruciantia mala lenita, minuta, propulſata, ac in paucis horis miſer ægrotus liber lætusque à tot tantisq; hoſtibus euaſit.

CVRATIO LXXXIX.

Podagræ.

Podagra. Agnes Gyſsin.

NObilis uidua Agnes Gyſſin in Gyſſeberg & Brentz, &c.

&c. ab ætatis anno quinquagesimo cœpit ſępius excruciari Podagra, pro qua mitiganda ſæpe quoq; freta fideli meo auxilio me accerſiuit. Quoties autē fui accerſitus intermiſsis omnibus ſemper admoui dolenti, & inflāmato Pedi meum Balſamum antipodagricum.

Balſamum Antipodagricum.

Quia per huius uirtutem dolores protinus & remisêre, & penitus receſsêre.

CVRATIO XC.

Iterum Podagræ.

Vrſpergen. Abbas D. Iacobus.

R. D. P. Iacob. Abbas Vrſpergensis ex inopinato cœpit pedum dolore grauiter laborare in mea præſentia, quem repreſsi ac remoui ſtatim ſic.

Lotio.

Lotio pedum.

Pedes affectos sine phlegmone imposuit aquæ sallsæ calidæ.

Balsamum Antipodagricum.

Postea expositos pedes leniter siccatos illiniui Balsamo antalgeto. Atq; his mox omni dolore liberatus liberè obambulauit.

CVRATIO XCI.

Podagra.
Burberg.

Rursus Podagræ.

GEnerosus D. L. B. in Burberg castello dum diuersaretur inter permulta grauissima incommoda corporis, cœpit etiam uexari Podagra: quā statim lenem, mitem, placatā &

& quietiſsimam reddidi per applicationem noſtri

Balſami antipodagrici.

CVRATIO XCII.

Doloris Gallici.

NObilis quidam N. in aula N. natus annos uiginti ſex perferebat continuos & graues dolores per Gallica vitia cõtractos, qui infeſtabant totas potiſsimũ noctes manus, brachia, & pedes. Hic à nobis citò curatus ita fuit. *Dolor Gallicus.*

Purgatorium.

Rec. Decocti ſenæ vnc. j s.
Syr. de rheubarbaro ſolut. vncias iijs.
Miſce pro hauſtu: quem altero

ro die manè resumpsit, ac rectè multumq; expurgatus fuit.

Balneum.

Balneum contra dolores, &c.

Post corporis purgationem apparabatur tale balneum.

Rec. Flor. chamomillæ,
Meliloti,
Aneti,
Fœni græci,
Semin. lini, ana M. j.
Absinthij,
Menthæ,
Calamenti,
Pulegij,
Abrotani,
Carui,
Ameos,
Polipodij quercini,
Betonicæ,

Flor.

Flor. ſtœchados Arab.
Saluiæ,
Acori,
Herbæ paralyſis,
Origani,
Granorum iuniperi,
Baccarũ lauri ana M. js.
Roſarum rubearum,
Chamędrios,
Chamępythios,
Gran. Myrti,
Spicæ ana M. s.
Sulfuris uiui uncias ij.
Salis nitri, unciam j.
Miſce, coquantur omnia in
qua fluuiali q. ſufficit ad con-
ımptionem tertiæ partis in
olatura calida inſedit pa-
ens per unius horæ ſpatiũ &
poſt

post egressum in calido lecto benè contectus stragulis sudauit circiter horas duas. Demũ corpore bene absterso à sudore, dolentes partes unximus.

Linimento, hoc est,

Balsamum antipodagricum.

Balsamo antalgeto, quo indies omnis dolor euanescebat intra septem dies.

Diæta.

Cibi dabantur boni succi.

Potus, decoctũ ligni sancti.

CVRATIO XCIII.

Podagræ.

Podagra. Vrbanus Braun.

VRbani Braun celeberrimi Monasterij Cęsariensis pręfecti uxor prima annos supra triginta nata perferebat dies ac noctes mœstissimos dolores

es, qui à pedibus in ſuras & genua diffundebantur, nec po-terant leniri aut balneis, aut unguẽtis, aut alijs topicis: uo-catus ego ad deploratam, ſuaſi ꝑ dubijs & incertis remedijs, id quod certum eſt, & optimè probatũ experimentum, nẽpe.

Balſamum podagr.

Hoc cùm leniter illinebam & applicabã, ſtatim dolor mi-nuitur, mollitur & ſubmoue-tur, cum patientis gaudio, Deique gloria.

Balſamum antipo-dagr.

CVRATIO XCIV.

Tuſsis, ingentis Aſthmatis, Inappetentiæ.

MArcus Merckle in Bercka habitans ætate octo ſupra

Tuſsis. Aſthma. Marx. Merckl. Bercka.

ſexaginta annos prouectus per anni ſpatium paſſus fuit Anorexiam, tuſsim uehemētiſſimam & aſsiduam cum anhelatione mortifera, & adeò ingraueſcente ut coactus ſemper fuerit uel ſtare, uel ſedere, uel altius decumbere. Nam ſi quando modicum ire aut procedere conatus eſt, ſubitò timēda erat ſuffocatio. Hic à nobis per Dei gratiam curatus eſt admodum breui breuibus his remedijs.

Purgatorium, Sudoriferumq́.

Purgatorium, Sudoriferumq́.

Rec. uini abſinthiaci libras ij.
fol. ſenæ mundat. vnc. j.
Fiat ebullitio pro infuſion-
de

qua manè sumpsit ad vnc.
. calidè, ac in lecto bene co-
pert⁹ desudauit, & simul quo
ue cacauit, atque in quatuor
ebus omnino sanatus fuit.

Diæta.

Pro cibis dabantur iuscula,
iaq́ue liquida.

Potus. Decoctum hordei
ccharatum.

CVRATIO XCV.

Epilepsiæ.

Xperimento optimè proba- *Epilepsia.* *Lauginga.*
ta Lauinga in uidua cui no- *Barbl*
men est Barbara Augsteinin, *Aug stei-*
æc egressa ætatis annũ sexa- *nin.*
esimum quotidie sexies facta
t Epileptica & à paroxysmi
nitio man⁹ cũ digitis cõuulsæ

 sunt,

sūt deinde cecidit, iacuit ἄφωνο
per dimidiam horam, poste
resurrexit, ad seq; utcunque re
dijt. Hæc à me per Dei gratian
adiuta ac sanata est sequent
solo, facilique remedio.

Vino sublimato imposui
meo iussu, hyssopum de qu
manè, & noctu abitura cubit
bibit tria cochlearia, vel ad vn
cias duas. Hoc cùm fecisset pe
septimanam, diesq; singulas
conuulsio hæc ex toto inter
misit, nūquam reuersa est. Se
uiuit nunc annis multis salu
& incolumis. Deo soli Op
Max ἀρχιάτρῳ laus & gratiarū
esto pro perfacili isto remedi
ἀντεπιληπτικῷ.

CVRA

CVRATIO XCVI.

Hydropis anasarcæ, Asthmatis, Tussis.

Hydrops Anasarca. Asthma. Laugingæ. Hās Gerstmar.

N ciuitate prædicta Ioh. Gerst-nair quadragenarius his ma-s grauiter correptus meum nplorauit auxilium, ut inopi misero facili aliquo subue-irem remedio.

Lotium, quod porrigeba-ır, erat turbidum. Cura uerò lis.

Sudoriferum.

In lecto compositus & con-ectus ex absinthitæ, uini absin hici vncijs vj. calidè epotis esudauit diu & multum, atq; ac sudatione solutus & leua-

tus fuit, Deo annuente, totus hydrops in quinque diebus.

Diæta.

Cum cibis paratu & coctu facilibus dabatur Hyssopites, uinum saccharatum.

CVRATIO XCVII.

Podagræ.

Podagra.

NObilis uirgo uestalis N. in cœnobio N. mœstos perferebat dolores in pedis Hallu ce seu maximo digito cum rubore & tumore.

Post multorum localium applicationem frustratam applicamus Balsamum podagri.nostrum, quo è uestigio mitigatur & sopitur, ipsaq; læta & libera euadit.

Balsamum antalgetũ.

CV

CVRATIO XCVIII.

Brachiorum doloris.

IN Monasterio celebri Kircheim vulgo nominato & nō longè à Nördlinga ciuitate Imperiali sito Confessor Monialium D.Fr.Andreas Schönfelder Monachus Cæsariensis angebatur magnis brachiorũ doloribus, uocatus ad ipsum uidi nulla medicamenta alia ipsi adiumẽto fuisse, quare admoueo manè & uesperi

Brachiorũ dolor. *Kirchaim monast.* *Fr. Andreas Schönfelder.*

Balsamũ antipodagricum, quod mox leuauit & abstulit omnem dolorem.

Balsamum antipodagr.

CVRATIO XCIX.

Iliacæ passionis, voluuli, aluiq́ diutissimè constipatæ.

Iliaca passio, voluulus. *Aluus constipata.*

 Chri-

Dellinger. CHriſtophorus Dellinger à Starenberg oriundus, uir miſeria, paupertate, ac morbo mortifero compreſſus, ad me incuruus uenit, conquerens ſe uehemẽtiſsimè doloribus torqueri nunc ſuprà nunc infrà umbilici regionem, & propter hos ſibi incuruato non erecto corpore inambulandum eſſe. Excruciari præterea quotidiè grauibus uomitibus quibus nõ ſolùm, cibos & potus, ſed ſtercora ſimul proijcere & euomere cogatur cum oris & corporis magno fœtore. Addebat etiam ſe iam per hebdomadas octodecim aluum ex toto ſuppreſſam habere, &

nisi

nisi actutum succurratur, pereundem esse. Sed sperare de me optimè: quod saluti ipsi sim futurus. Quapropter petere à me propter Deum auxilium & sanitatem.

Huius miserrimi hominis malũ, nominatur Græcis εἰλεός, χορδαψὸς, Latinis etiam Ilios, Iliaca passio, & uoluulus, olim Miserere mei Deus, nuncupatum. Quoniam istud uitij genus acutissimum est omnium, quæ insidiantur intestinis & penitus exitiale, nisi citò aut rectè subuentum fuerit. Ego uerò misertus, huius curam institui & pfeci, inuocato Deo Omnipotente Archiatro talẽ.

Per Cst. *Clyster.*

Rec.ol.sem.lini vnc.vj.

Trochis. alhādaal drac.js.

Commisceantur, fiatque ebullitio parua: postea inunxi umbilicum bene hoc clystere, ac reliquum inieci per siphunculum. Hoc facto post duas horas cœpit egerere stercora durissima, mucosa, purulenta, fœtidissima, uaria & plurima, ac rectè mox habuit, cibum & potum non euomuit, non amplius doluit, & erectus ambulauit, & quod mirum, intra diem sanatus est cum laude Dei gratiarumque actione.

Ganglium. Lupia.

CVRATIO C.

Gangly seu Lupiæ.

Ex-

EXperta bene in oppidi Dilingani monasterio minori, ubi monialis Dietherrin, cui nomen est Ganglium uel lupiam habebat subortam in manꝰ carpo ad molem nucis ob quã ægrius manum remouebat. *Dilinga.* *S. Dietherrin monialis.*

Hæc à me curata ita fuit feliciter.

Hydroticum.

Rec. flor. chamomillæ.
Saluiæ.
granorum iuniperi ana
Man. iij.

Decoquantur hæc in uino q. s. supra hoc decoctum in uase bene obturato tenebat manum, manè & uesperi, ut multum desudaret.

Vnguentum.

Post sudationem perunxit ad prunas Ganglium bene balsamo nostro sulfuris. Atq; his auxilijs in paucis diebus tumor euanuit & conualuit.

FINIS.

EGo Mart. Rulandus P. laus Deo, hāc Decimam & Vltimam Primæ Chiliados Curationum Centuriam anno ætatis meæ sexagesimo tertio, qui annꝰ, quia clymactericus duplex est & exitialis hominibus, oro Christum Iesum Deum meum & vnicum Saluatorem, vt hūc annum faustum & reliquum tempus longæuum pro sua Misericordia concedat: quod si verò pro eis Fato & nutu paterno dissol-

dissolui ex hoc corpusculo debeo, cupio dissolui, cupio esse cum Saluatore meo, & reddo ipsi animam ac spiritum quem ipsemet dedit, quem S. Baptismate veluti nuptiali veste vestiuit, quem sanguine suo emundauit, quem sanctificauit, quem iustificauit, quẽ redemit à Peccatis, à Morte à Diabolo, & ab Inferno, Hunc inquam, suum & meum spiritum ac animam redemptam, iustificatam, & sanctificatam commendo in Manus eius nunc & in perpetuum, Amen. Halleluia, Amen Halleluia.

Gal. 3.

Hos. 13.

1. Cor. 1.

PRE-

PRECATIO ET GRATIARVM ACTIO PIA & deuotiſsima, M. R. Patris AD Deum Opt. Max. Archiatrum.

GRatias ago tibi miſericordiſsime Deus & Pater Domini noſtri IESV Chriſti, quòd pro tua paterna miſericordia & in præpotente Manu tua ægrotos meos ſanos facis. Da ipſis gratiam, ut grato animo & memoria agnoſcant tua beneficia, quę ipſis per me indignum ſeruulum præſtas, & poſt receptā ſanitatem gratias agāt ſemper tibi, reſipiſcāt, amplius non peccēt, ſed piè iuxta mandata

data tua uiuát. Rogo quoq; te,
clementissime PATER, ut & a-
lijs ægrotis meis miserearis,
peccata remittas, errores con-
dones, ad fidem tuam conuer-
tas, uerã pœnitentiã concedas.
Et quia tu vulneras & mederis. *Iob. 5.*
Tu pcutis & sanas. Tu morti- *2. Reg. 2.*
ficas & uiuificas. Tu deducis *Sap. 16.*
ad Inferos & reducis. Tu de-
nique uitæ potestatẽ habes &
mortis: sana obsecro, Potẽtissi-
me Medice, eos quoq; pro tua
Paterna uolũtate, indulgentia,
bonitate & misericordia p tua
& abs te benedicta medicamẽ-
ta: & salua eos in tua uirtute &
in sãctissimo nomine IESV Di
lectissimi Filij tui Opt. Max.
Medici

Medici animarum & corporũ languentium, & gloriosissimũ tuum NOmen per me omnibus diebus uitæ meæ sanctificetur, laudetur, & glorificetur. Exaudi Domine PATER benignissime uocem deprecationis meæ iuxta promissionem charissimi FILII tui dicētis: *Amen Amen dico vobis, si quid petieritis PATREM in nomine meó, dabit vobis.* Da ergo quæso, ueracissime PATER, Omnipotēs DEVS, quod ęgrotorum nomine IESV Dilectissimi tui, qui tecum in unitate S. Spiritus uiuit & regnat Deus Omnipotens per omnia secula. Amen.

Ioan. 14.

Tibi ô PATER Misericordissime

me, Tibi ô IESV Christe amantissime, tibi ô sancte Paraclete Spiritus desideratissime, Tibi inquam, ô Sãctissima Trinitas esto benedictio, & Claritas, & Sapiẽtia, & Gratiarũ actio, Honor & Virtus, & Fortitudo in secula seculorũ. Amen, Amen. *Apocal. 17.*

CENTVRIAE decimæ INDEX

Alphabeticus locuples, continẽs morbos, symptomata, ægrotorum nomina, loca & medicamenta iuxta numerum curationum.

A

Aure-

C

Conr

G

H

T

V. Ven-

V


VV

conrad

Z

ΤΕΛΟΣ.

DE




DE PHLEBOTOMIA MORBISQVE PER EAM CVRANDIS.

Authore

MART. RVLANDO P. Medico Palatino.



BASILEÆ.



DE PHLEBOTOMIA MORBISQVE PER eam curandis.

Phlebotomia quid.



ST euacuatio uniuersalis, quæ euacuat plethorã seu multitudinem. Est autem multitudo seu plethora augmentum humorum super equalitatem ipsorum in uenis. Plethora quid.

Complexionis (quia illarum noticia facit ad phlebotomiã) sanguineæ signa his uersiculis continentur.

Signa 20. sanguineæ complexionis.

Natura pingues isti sunt atq; iocantes.
Semper rumores cupiũt audire frequẽtes.

Hos Venus & Bacchus delectãt, fercula, risus,
Et facit hos hilares & dulcia verba loquentes.
Omnibus hi studijs habiles sunt & magis apti
Qualibet ex causa non hos facilè excitat ira.
Largus, amans, hilaris, ridens, rubriq; coloris.
Cantans, carnosus, satis audax atq; benignus.

Signa 11. plethoræ.

Signa plethoræ & abundantis sanguinis.

Si peccet sãguis, facies rubet, extat ocell9
Inflãturq; genæ, corp9 nimiũq; grauatur
Est pulsusq; frequẽs, plenus, mollis, dolo ingens,
In primis frontis, fit constipatio uentri
Siccaq; lingua sitis, sunt somnia plena ru bore.
Dulcor adest sputi sũt acria dulcia q̃q

Sign

Cholericæ complexionis signa.

Signa ſuperabundantis choleræ.

Eſt humor choleræ, q̃ cõpetit impetuoſis.
Hoc genus eſt hominum, cupiẽs præcellere cunctos.
Hi leuiter diſcunt, multum comedunt, citò creſcunt.
Inde & magnanimi ſunt, largi, ſumma petentes.
Hirſutus, fallax, raſcẽs, prodigus, audax.
Aſtutus, gracilis, ſiccus, croceiq́ coloris.
Arguit & choleram, dextræ dolor, aſpera lingua.
Tinnitus, vomitusq́ frequens, vigilantia multa.
Multa ſitis, pinguisq́ egeſtio, torſio vẽtris,
Nauſea fit, morſus cordis lãgueſcit orexis.
Pulſus adeſt gracilis, durus veloxq́, caleſcens,
Aret, amareſcitq́, incẽdia, ſomnia fingit.

Phlegmaticæ complexionis signa.

Signa Phlegmaticæ complexionis & superabundantis phlegmatis.

Phlegma dabit vires modicas, latosq́, breuesq́.
Phlegma facit pingues, sanguis reddit mediocres. (no.
Ocia nō studio tradunt, sed corpora som-
Sēsus hebes, tardus motus, pigritia, sōnus.
Omnibus in rebus ex phlegmate fit color albus.

Superabū-dātis phlegmatis signa.

Os facit insipidū, fastidia crebra, saliuas.
Castorū, stomachi simul occipitisq́ dolores.
Pulsus adest rarus, tardus, mollis, quoque inanis. (quosa.
Præcedit, fallax phātasmata somnus a-

Melancholicę cōplexionis signa.

Signa complexionis Melancholicæ, & superabundantis.

Hæc reddit prauos, pertristes, pauca loquentes. *Hi-*

Hi vigilãt studijs, nec mẽs est dedita sõno.
Seruãt ꝓpositũ, sibi nil reputant fore tutũ.
Inuidꝰ & tristis, cupidꝰ, dextráq; tenacis.
Nõ expers fraudis, timidꝰ, luteiq; coloris.
Nigra cutis, durus pulsus, tenuisq; vrina.
Somnia torua uident omnes captantes eremum.
Crescit rugitus, sapor & sputaminis idẽ.
Lænaq; præcipuè tinnit vel sibilat auris.

Ætas Phlebotomiæ quæ sit apta.

Aetas phlebotomiæ.

Denus septenus vix phlebotomum petit annus.
Aetatis mediæ multum de sanguine tolle.
Sed puer atq; senex tollet vterq; parum.

ADDITIO.

Denus sep. id est, ante 14. annum non secetur uena. Verùm hodie apud nostrates ob summam necessitatem, præ-

ſertim in pleuritide & grauioribus morbis utiliter ſecatur etiam quarto, quinto, &c. anno ætatis ad uncias duas, tres, aut quatuor ſanguinis. Ætas media incipit ab anno 30. uſque ad 45. uel 50. annum.

Impedimẽta 12. phlebotomiæ.

Quæ impediunt phlebotomiam.

Frigida natura, & frigens regio, dolor ingens.
Balnea poſt coitũ, minor ætas atq; ſenilis.
Morbus prolixus potus repletio, & eſcæ.
Si fragilis uel ſubtilis ſenſus ſtomachi ſit,
Et faſtiditi tibi non ſunt phlebotomandi.

ADDE.

His, quibus prohibetur ſectio, & hæc.

Principium morbi.

Criſis,

Crisis, id est, dies motus ægritudinis.
Paroxysmns.
Corpus habens fæces in intestinis.
Fluxus naturalis menstruorum.
Fluxus hęmorrhoidum.
Post cholericas ægritudines.
Et alia de quibus infrà in Aphorismis.

Quibus utilis sit phlebotomia temporibus.

Sit sensim atque iuuenta licet, si sanguis abundet: Tempus.
Omni mense probè confert incisio uenæ.
Hi sunt tres menses, Maius, September, Aprilis.

Ver tollat duplum reliquum tempus tibi simplum.

Ver, æstas dextras, autumnus hiemsq́ sinistras.

Quatuor hæc membra, epar, pes, cepha, cor euacuanda. (quetur.

Aestas epar habet, ver cor, sicq́ ordo se-

ADDITIO.

Tribus illis mensibus hac ratione secanda vena, ut in Aprili & Maio hepatica, in Septemb. uena lienis secetur.

Sicq́ue) id est, caput hyeme, pedes autumno.

Quæ consideranda.

Quæ consideranda circa phlebotomiam.

Hæc facienda tibi, quando vis phlebotomari. (tus.

Unctio siue lauacrū, & potus, fascia, mo-

Fac

Fac plagam largã mediocriter, vt citò fu Quantitas.
Exeat vberius, liberiusq́ue cruor. (mus
Sãguine subtracto sex horis est vigilãdũ. Somnus.
Ne neruum lædas, non sit tibi plaga pro= Plaga.
funda. (scas.
Sãguine purgatus, nec carpas protinus e= Cibus.

ADDITIO.

Vnctio nimirũ phlebotomi, & vulneris nonnunquam.

Lauacrum, id est, balneum per duos vel tres dies ante sectionẽ, & per tres aut quatuor dies post phlebotomiam.

Potus scilicet uini, & in ipsa phlebotomia, si timenda est syncope, & post phlebotomiã.

Ligatura est cum linteis pãnis ante & post sectionem.

Motus, hoc est, inambulatio ante & post sectionem.

Quæ vitanda.

Quæ sint uitanda post phlebotomiam.

Lacticinia. *Omnia de lacte uitabit ritè minutus.*

Potus. *Et vitet potum phlebotomatus homo.*

Frigida. *Frigida uitabis, quia sũt inimica minutis.*

Nebulæ. *Interdictus eritq; minutis nubibus aër.*

Spiritus exultatq; minutis luce per auras.

Omnibus apta quies, & motus sæpe nocivus.

Vtilitasquæ.

Quę sint commoda & effectus phlebotomiæ.

Exhilarat tristes, iratos placat, amantes

Ne sint dementes, phlebotomia facit.

Lumina clarificat, sincerat phlebotomia:

Mentesq; & cerebrum calidas facit esse medullas.

Viscera purgabit, stomachum uentremq; coërcet.

Puros dat sensus, dat somnũ, tædia tollit.

Auditus, vocem, vires producit & auget.

Qua

Quæ venæ secandæ tutò & vtiliter, quæq; ex sectione ipsarum commoda.

Quæ venæ præcipuè secandæ.

I.
Vena in medio frontis inter duo supercilia, vulgò re-

Antiquas infirmitates
Vlcera turpia
Lepram
Scabiem
Morpheã
Impetiginem
Oculorum morbos
Capitis antiquum & perseue-

faciei.

Frontis venæ.

ćta siue p̄parata dićta aperitur contra
- rantem dolorem
- Capitis grauitatem & doloré posteriorem
- Cerebri affećtus
- Maniam, seu Insaniam

faciei.

II.

Temporum. Venę duę temporũ fluxuosè inceden-tes,
- Hemicraniam.
- Capitis magnum doloré & diuturnam ęgritudinẽ.
- Ophthalmiã antiquam.
- Lippitudinem.
- Oculorũ caliginẽ
- Oculorum macu-

ut deficiens materia læſerit,
orruptum corpus ſit an inte-
rum.

Nam ſi materia uel deeſt, uel
ntegra eſt, illud alienum eſt.
t ſi uel copia ſui malè habet,
el corrupta eſt, nullo modo
nelius ſuccurritur.

Ergo uehemens febris, ubi
ubet corpus, plenęq; uenę tu-
nent, ſanguinis detractionem
equirit.

Quod ſi uehemens febris ur
et, in ipſo impetu eius ſangui
em mittere, eſt hominem iu-
ulare.

Expectãda ergo remiſsio eſt,
ſi non

ſi nõ decreſcit, ſed creſcere de-
ſijt, neque ſperatur remiſsio
tunc quoque quamuis peior
ſola tamen occaſio non omit-
tenda eſt.

Ferè etiã iſta medicina ubi
neceſſaria eſt, in biduum diui-
denda eſt.

Satius enim eſt, primò leua-
re ægrum, deinde perpurgare
quàm ſimul omni ui effuſa fo-
taſſe præcipitare.

Mitti uerò is debet, ſi totiu
corporis cauſa ſit ex brachio
ſi partis alicuius, ex ea part
ipſa, aut certè quàm proxim

Vbi. Quia non ubiq; mitti poteſ
ſed in temporibus, in brachi
iuxta talos.

D

Dicunt quidam, quàm lon-
gissimè inde, ubi lędit esse mit
tendum. Sic enim auerti mate-
riæ cursum, ac illo modo id
ipsum quod grauat, euocari.
Sed idipsum falsum est. Pro-
ximum enim locum primò ex
haurit. Ex ulterioribus autem
sanguis eatenus sequitur: qua-
tenus emittitur: ubi is sup-
pressus est: quia non trahitur,
non uenit quidem. Videtur ta-
men usus ipse docuisse, si ca-
put fractum est, ex brachio po-
tius sanguinem mittendum
esse.
Si quod in humero uitium
est, ex altero brachio credo,
quia si quid parum cesserit, o-
por-

portuniores hæ partes iniuriæ
ſunt, quæ iam malè habent. A-
uertitur quoque interdum ſan-
guis, ubi alia parte prorũpens
alia emittitur. Deſinit fluere
qua uolumus, inde obiecti
quæ prohibeant, alio dato iti-
nere.

Cautelæ. Mittere autem ſanguine
cum ſit expeditiſsimum uſu
habenti, tum ignaro difficill-
mum eſt. Iuncta eſt enim uer
arterijs, his nerui. Ita ſi neruu
ſcalpellũ attigit, ſequitur ne
uorum diſtentio, ea quæ cr
deliter conſumit.

At arteria inciſa, neq
coit, neque ſaneſcit, interdu
eti

etiam ut ſanguis uehementer erumpat, efficit. Ipſius quoque uenæ, (ſi fortè præciſa eſt) capita comprimuntur, neq; ſanguinem emittunt.

At ſi timidè ſcalpellus demittitur, ſummam cutem lacerat, neque uenam incidit.

Incidenda ad medium uena eſt, ex qua cum ſanguis erumpit, colorem eius, habitumq́ue oportet attendere. Nam ſi is craſſus eſt & niger, uitioſus eſt, ideoq́ue utiliter effunditur.

Si rubet, pellucet, integer eſt. Eaq́ue miſsio ſanguinis adeo non prodeſt, ut etiam Color.

no-

noceat, protinusque is suppri-
mendus est.

Sed id euenire non potest
sub eo medico, qui scit ex
quali corpore sanguis mitten-
dus sit.

Illud magis fieri solet, u
æquè niger asiduè ac prim
die profluat. Quod quāuis it
est: tamen si iam satis fluxit
supprimendus est.

Quantitas. Semper autem finis facien
dus est, quàm anima deficiat.

Deligandumque brachium
superimposito expresso ex a
qua frigida panicillo, & poste
ro die aduerso medio digit
uena ferienda, ut recens co
tus eius resoluatur, iterumqu
sar

ſanguinem fundat.

Siue autem primo, ſiue ſecundo die ſanguis qui craſſus & niger initio fluxerat, & rubere & pellucere cœpit, ſatis materiæ detractum eſt. Ideoq; protinus brachium deligandum eſt, habendumq́ue ita eſt, donec ualens cicatricula ſit, quæ celerrimè in uena confirmatur. Hæc Celſus.

APHORISMI ARNOLDI de Villa Noua, ex libro de regimine ſanitatis.

Poſt balneum & coitum aut forte exercitium nullo modo phlebotometur. *Tempus.*

T Poſt

Post longam ægritudinem cauendum à phlebotomia.

Seruientes in balneis & stuphis & artibus laboriosis, ac resoluentibus corpus, non phlebotomentur.

Tempore calidiss. & frigidissimo nullo modo fiat phlebotomia.

Tempus. Ver & Autumnus sunt tempora aptissima phlebotomiæ.

Aëre existente pestilentiali, nebuloso uel turbido, aut flante uento australi, non secetur uena.

In æstate octaua hora & hyeme meridies eligantur phlebotomiæ.

In prima quadra Lunæ iuuenes,

uenes, in ultima quadra seniores minuant.

In prima quarta phlebotomandi sunt sanguinei, in secūda cholerici, in tertia phlegmatici & in quarta melancholici.

Si Luna sit in signo habente aspectum malū, uel ad aliquod membrum, non flat phlebotomia de illo membro.

In Ariete igitur caput, in Geminis cubitus, in Cancro mediana, in Sagittario crus, in Aquario tibia & sura, in Piscibus pedes uitentur. Cætera membra tutò secantur.

Si Luna fuerit in tauro, uirgine, capricorno, mala phlebo-

tomia:in cancro,ſcorpio,piſci-
bus,mediocris:in ariete, libra,
ſagittario & aquario bona eſt.

Ebrius, crapulatus & nau-
ſeatiuè ſatiatus, abſtineat à
phlebotomia.

Incommoda. Si quis indigeat uenæ ſectio-
ne, ac negligat, accident apo-
ſtemata intus & extra, paru
& magna ſcabies & impetigo
ſerpigo,ſynochus, uariolæ, a
poplexia & paralyſis. Morbili
& ſputum ſanguinis, Synãch
peſtilentia, mors ſubita & l
pra, & uniuerſaliter omnes
gritudines ſanguineæ, uel
ſanguinis corruptione, u
ipſius multitudine uel inte
ſione contingere poſſunt

c

corporibus, etiam paratis ad tales ægritudines non negligatur phlebotomia.

Phlebotomiæ etiam ſunt plurima nocumenta, quando indebitè exercetur. Ex frequenti enim ſanguinis minutione accidit malignitas opilationis, hydropiſis, feſtiua ſenectus, deſtructio appetitus ſtomachi, cordis & hepatis debilitas, tremor & paralyſis, & poſtremò omnium uirtutum, tàm naturalium quàm animalium, debilitas & imbecillitas per phlebotomiæ frequentiam, in quibus, & quando, & quotus non oportet ſolet ſæpius euenire.

Qui. Qui est accidentaliter musculosus & carnosus, maximè, & extenuatus minimè, & similiter utentes regimine multiplicante sanguinem, sicut uiuentes in ocio & gaudio, & habitantes in regione ubi pauca fit resolutio: & multas carnes comedẽtes & assaturas, & dulcia bibentes & bona uina: & balneo utentes & carentes coitu, nec multum exercitantes: tales enim plus sunt phlebotomandi alijs. Et per oppositum ieiunantes & comedentes cibaria melancholica, minimè sunt phlebotomandi.

Quando phlebotomia fit

ad

ad euacuandum & ex loco propinquo morbo: puta ex ea parte: tunc primus ſanguis debet eſſe deterior ſecundo: & ſecundus tertio, & ſi oppoſitum contingat adhuc eſt phlebotomiæ aut pharmaciæ neceſsitas. Sed in corporibus ſanis, quæ minus indigent phlebotomia, ſæpè contingit, quòd primus erit melior ſecundo, & tunc eſt iteranda phlebotomia ſatis citò.

Ante phlebotomiam bonũ eſt aliquantulum exercitari, moueri, euigilari, ut ſanguis ſit mobilior. Membrum phlebotomandum eſt fricandum *Præparatio.*

& calefaciendum, cum aqua calida lauandum, ut uena sit apertior, & sanguis fluxibilior.

Eligendus est flammator iuuenis, expertus, & boni uisus, non tremulus, nec ebriosus.

Si phlebotomandus est pusillanimis, uel ualdè debilis, comedat prius panem & bibat uinum stipticum.

Quorum sanguis est grossus, immobilis, & uenæ occultæ, per aliquot dies ante phlebotomiam balneandi sunt, nisi corpus sit ualdè plethoricum.

Ante phlebotomiam aluus & ue-

& uesica exoneranda sunt.

In patientibus apostema extrahatur tantus, donec eius mutetur color, & uirtus sufficiat: Sed quando est simplex plenitudo sine apostemate, non oportet expectare sanguinis mutationem, quia fortè totus sanguis esset bonus uel uniformis. *Quantitas.*

Si sanguis fuerit subalbicās, tenuis atq; subtilis, parum admodum mittatur.

In æstate & uere fiat phlebotomia in parte dextra: autumno & hieme, parte sinistra.

In materia uenenosa, debet fieri phlebotomia ex eadem parte.

Eadem die aperienda uena eadem bis, ubi adeſt neceſsitas magna, aut nō ſatis ſanguinis extractum.

Si uena aperta ſanguis non exit, tum bonum eſt tuſsire, ſcreare, & ſuper ſpatulas percutere phlebotomandum.

Sanguinis iudicium.

Sanguis egrediens tangendus eſt, qui ſi frigidus eſt, ſtatim eſt reſtringendus: & ſimiliter ſi calidus & ſubtilis ualdè. Nam in utroque caſu dubitandum eſt de Syncope.

Similiter ponatur una gutta ſanguinis ſuper unguem, tunc ſi fluat, & non conſiſtat, aquoſus multum eſt & ſtatim reſtringendus.

Aut

Aut proijciatur una gutta ſanguinis in aqua: & ſi ad fundum deſcendat, ſignificatur groſsicies nimia: & ſi totaliter diffunditur & ſupernatet eſt nimis aquoſus, & ſi medio modo ſe habet, bonus.

In die phlebotomiæ nullo modo exercitetur: ſed remaneat in domo cum ſocijs & in gaudio, etiam illa die non balneetur, neque coeat niſi quarta die, nec de die dormiat.

Sanguinis ſubſtantia etiam conſideranda eſt, quæ melancholia eſt phlegmatica, ſanguinea, pura, cholerica, & aquoſa. *Subſtantia.*

Melancholia eſt fex ſang. quæ eſt caloris nigri, & eſt in *Melancholicus ſanguis.*

fundo

fundo scutellæ: & quando si nimia quantitas huius fecu tiæ, non est bonum signu: tunc enim possumus iudic (ex complexione melanc lica) talem hominem trist esse, inuidum & curiosum uarum & timidum & pusi nimem. Et talis debet mundificantibus sanguin & multiplicantibus bon sanguinem.

Phlegmaticus. Phlegma quidem est alb mucilaginosum, insipid quod est quasi simile albu oui, & debet esse in sang in loco post melanchol, & huius non debet esse n quantitas. Et si sit talis hu-

ris

ris multa quantitas, iudicare possumus talem phlegmaticum naturaliter uel accidentaliter: & esse somnolentum, rudem & pigrum ad actiones, & multi sputi. De isto tamen humore plus debet esse, quàm de melancholia.

Et deinde sequitur sanguis purus, cuius color debet esse purpureus, uel subruffus, aut ruffus: & huius humoris debet esse maior quantitas. *Sãguineus.* Cuius humoris si sit magna quantitas, possumus iudicare talem hominem esse sanguineum: & liberalem, & amabilem, & hilarem, & ridentem & coloris rubei, sa-

tis

tis audacem atque benignum.

Cholericus. Deinde sequitur cholera, quæ est spuma sanguinis crocei coloris, trahentis ad scintillantem rubedinem, & huius humoris debet esse minor quantitas, quàm sanguinis & phlegmatis, & maior quàm melancholiæ.

Si igitur sit magna quantitas humoris huius, possumus iudicare talem esse cholericum: & per consequens, uersutum, fallacem, iracundum, & audacem, prodigum, & ad actiones promptum, uigilem & subtilem.

Aquosus. Amplius consideranda est substantia aquosa, quæ supernatat

natat in sanguine coagulato, sicut serum in lacte cum coagulatum est, & apparet aquositas similis urinæ, si ponatur in urinali. Et quando talis aquositas est similis urinæ sani hominis, cuius est sanguis, est bonum signum, aliàs uerò non.

Et quando illa aquositas à sanguine perfectius separatur: tantò melius & melior digestio & decoctio in hepate signatur, & econtrà.

Hæc enim aquositas debet esse in sanguine ad subtiliandum substantiam ipsius sanguinis, ut liberius & facilius per uenas magnas

& par-

& paruas ad membra ualeat peruenire.

Vnde non eſt bonum ſanguinem totaliter eſſe priuatũ tali aquoſitate urinali.

Nam ex hoc ſignatur ſiccitas & groſsicies ſanguinis, & paucus potus permixtus delatiuusque. Et talis aquoſitatis priuatio, ſolet eſſe in multis priuatio, ſolet eſſe in multum ieiunantibus & uigilantibus, & in his qui utuntur cibis ſiccis & calidis, & in his qui multum exercitantur & ſtudent, & ſimiliter in conualeſcentibus.

Amplius non eſt bonum quod nimia huius aquoſitatis quan-

quantitas ſit in ſanguine. Nam ex hoc ſentitur defectus digeſtionis uel ratione ciborum & potuũ, uel ratione membrorũ cibum in ſanguinem conuertere non potentium. Et ſignatur etiam nimia frigiditas & humiditas ſanguinis & corporis debilitas.

Vnde habentes ſtomachum frigidum & hepar frigidum, & ſimiliter uenas, & ſimiliter utentes cibis frigidis & humidis, & multum comedentes & bibentes ſpecialiter & parum exercitantes, & non ieiunantes, nec cõſueti uigilare talem habent ſanguinem ſæpiſsimè.

Item in ſanguine eſt quædã *Carnoſus.*

ſubſtantia carnoſa, declinans ad albedinem. Nam ſanguis incipit in uenis dealbari: quia digeſtio ulterior, ut conuerta-tur in membra dealbādo pro-cedit. Et hæc digeſtio incipit in magnis uenis, & per uenas paruas terminatur, finaliter ad mēbra digeſtionis tertiæ, ſci-licet ad membra digeſtionis, tertię, ſcil ad membra exterio-ra ſolida totius corporis.

Nam huiuſmodi ſubſtantia quaſi carnea & manifeſtè apparet in ſanguine poſt eius ab-lutionem: & quantò ſanguis eſt pinguior uel humidior aut aquoſior, tantò minus eſt in eo de huiuſmodi ſubſtantia: & quan-

quantò est grossior, nisi temperamentũ excedat, & minus pinguis & inaquos9, tãtò plus percipitur de tali substantia.

Ex multa igitur quantitate talis substantiæ albæ, bonitas digestionis uenarum significatur, & sanguinis obedientis ad conuersionem in membrũ: & specialiter si talis substantia inueniatur tractabilis manib9: nec in ea appareant contenta magna nec ad tactum dura: & quæ digitis fricata quasi puluerizentur. Ex hoc enim significatur dispositio propinqua ad lepram.

Amplius si de totius sanguinis substantiæ subtilitate cer- *Iudicium.*

tificari uolueris: tunc post sanguinis coagulationem incide cum cultello aut subtili ligno: Si enim non resistat, sed faciliter incisioni obediat, subtilitas sanguinis significatur. Si autem difficulter diuidatur & incidatur : tunc viscositas & grossicies signatur sanguinis.

Si autem sanguis nullo modo sustineat incisionẽ quamvis faciliter diuidatur, sicut apparet in aqua & oleo & cæteris liquoribus, qui faciliter diuiduntur, sed non inciduntur: talis enim sanguis nimis est subtilis, & talis subtilitas arguit indigestionem.

Et quando sanguis de facil

per

perforatur ſatis conuenienter, ſed non inciditur: tunc arguitur ſanguinis viſcoſitas, & talis ſanguis ut plurimũ eſt phlegmaticus.

Et quãdo ſanguis inciditur, ſed cum quadam reſiſtentia, tunc utiq; ſanguis eſt groſſus non uiſcoſus.

Item conſiderandum eſt circa colorem ſanguinis: ſi enim ſecũdum alium & alium ſitum ſcutellæ ſanguis appareat alterius & alterius coloris, ſicut apparet in collo columbæ, ſignatur ex hoc malorum humorum diuerſitas. *Color.*

Ideo demum debemus cóſiderare uerum colorem & fi-

xum sanguinis, qui color sit rubeus, purpureus, nõ obscurus qui arguit bonũ sanguinẽ.

Et si sit color scintillaris rubedinis, arguit dominiũ cholerae, & si sit croceus.

Si autẽ sit spumosus, arguit uentositatem.

Et si sit albus uel liuidus arguitur frigiditas & phlegmatis dominium, & specialiter si cum hoc sanguis sit uiscosus, & caetera particularia arguentia dominium phlegmatis cõcurrunt.

Isti etiam colores possunt prouenire ex adustione, sicut patet in extenuatis & dispositis ad lepram.

Co-

Color uiridis atteſtatur aduſtioni & ſpecialiter cholerę.
Color uerò niger, & ualdè liuidus melancholiæ atteſtatur naturali uel ex uitio aduſtionis.

Item ſapor conſiderandus, ſi placet. Quia ſanguis debet eſſe dulcis : ſi uerò inſipidus, arguit dominium phlegmatis. Si amarus, cholerę: ſi ponticus uel acetoſus melancholiæ aut phlegmatis acetoſi, & ſi ſalſus phlegmatis ſalſi & aduſtionē in humoribus arguit. *Sapor.*

Amplius conſiderandus eſt odor: quia ſi ſit boni odoris & delectabilis, arguit bonitatem ſanguinis, & ſi fœtidus, arguit *Odor.*

magnam putredinem in humoribus.

Coagulatio. Amplius, ſi ſanguis extractus citò coaguletur, nimia tunc groſsicies ſanguinis ſignificatur. Et ſi tardè nimia ſubtilitas & indigeſtio.

Et ſi mediocriter, mediocritas ſubſtantiæ deſignatur.

ALIORVM APHORISMI, Auicennæ, Rhazis, Aëtij, Montag. Sauanarolæ, Damaſceni, &c.

Incommoda. QVi in iuuentute plurimum ſanguinem per phlebotomiam eijcere ſunt cóſueti, eorum natura poſt ſexaginta annos in frigus reſoluitur, & ſuffoca-

focatur in eis naturalis calor: maximè uerò si frigidę fuerint complexiones.

Habitãtes in quarto aut sexto climate plus minuere sanguinem expedit, quàm in septimo, aut primo, secundo uel tertio. *Climata.*

Qui uentriculum debilem ac frigidum, cor imbecille, iecur infirmum & frigidum habent, & frigidis morbis affliguntur, non secent uenas. *Qui.*

Nec melancholici, nisi uenis inflatis.

Nec pallidi, extenuati, famelici & uescentes cibis melancholicis.

Nec multum exercẽtes uenerem.

Nec luctantes, dysenteria, iliaci uel magna constipatione laborantes.

Nec qui corpus nõdum prępararint & purgarint.

Aetas. Nec qui attigerunt 70. annũ, nisi uires sufficiant, uenæ latæ & plenæ sint, consuetudo reposcat, & necessitas incũbat.

Qui annos 60. habent, cephalicam non aperiant.

Qui 50. annorum sunt, uenã nigram non secent.

Qui item 70. sunt annorum caueant minuere nigram.

Tempus. Phlegmaticis utile est secare uenam si Luna est in ariete & sagittario.

Melancholicis, si est in libra & aquario.

Cho-

Cholericis, ſi in cancro & piſcibus.

In nouilunio & plenilunio uitanda phlebotomia.

In prima quarta Lunæ minuant adoleſcentes ab anno 14. aut infra, uſq; ad annũ 25. *Aetas.*

In quarta ſecũda iuuenes ab anno 25. uſq; ad annum 35.

In quarta tertia ab anno 35. ad annum uſq; 65. uel amplius phlebotomia conceditur.

Manè perficiatur uenæ ſectio exorto ſole poſt uenam, alteram, uel plures horas ſomni.

Venæ capitis, manuũ & pedum incidantur à meridie: cubiti uenæ tempore matutino.

Qui

Qui ſenes ſunt & ægroti edant iuſcula & bibant uinum bonum una uel altera hora ante ſectionem.

Qui facilè ac ſæpe ſudant, indigent uenæ ſectione.

Sectio conſueta nõ ſine periculo prætermittitur.

A` ſectione cibo utere bono ac tenui, & uino ſubtili: uita aquam mulſam, cereuiſiam, *Victus.* piſces, & quæ generãt malum ſanguinem.

Sectio uenarum non urgenté neceſsitate obeſt potius, quàm proſit.


A` uenæ ſectione aër malus uitabitur, cibus eſto panis albus & benè coctus, caro uitu-

lina,

lina, gallinarum, pullorum, agnina, oua ſorbilia, & quæ generant bonos humores ac ſanguinem. Bibatur uinum purũ, clarum & tenue, uitabitur caſeus, lac, olera, piſces, cereuiſia, & aqua mulſa: ira, triſtitia & coitus.

Finis Phlebotomiæ Rulandinæ.

DE



DE SCARIFICATIONE ET VENTOSATIONE MORBISQUE PER EAM CURANDIS.

AVTORE MARTINO RVLANDO P. Medico Palatino, &c.

Tempus & ætas Scarificationis.



Nte quartum annũ ætatis non ſcarificãdum eſt. Nec poſt annos ſexaginta.

Scarificatio & uentoſatio in nouilunio & plenilunio uitanda eſt.

Luna

Luna si fuerit in cãcro, libra, scorpione, sagittario, aquario, & piscibus, commoda & salutifera est scarificatio, reliqua uerò signa fugienda sunt.

Scarificatio cõmodè fit hora secunda uel tertia diei, & post horam unam præberi potest cibus & potus.

Corpus & locus præsertim, qui est scarificãdus, aqua prius per unam uel dimidiam horã calida lauandus est, atque fricandus.

Cucurbitulis rectè utimur, cùm antè corpus euacuatũ est.

Nam plethoræ non conueniunt.

Neque ulla in parte phlegmone affecta.

Vsus

Vſus & vtilitas ventoſarum in genere.

Ventoſę ſine ſcarificatione proſunt
- Auertendo apoſtemati de nobili mēbro ad ignobile.
- Ad calorem attrahendum ad membrum, quod ex frigiditate debilitatur.
- Colicæ, appoſitæ ſub umbilico uel ſupra.
- Dolori ſedando.
- Diſcolocationi.
- Ad extrahendum quod in profundo eſt ad ſummam cutem.

Vẽtosę sine scarificatione ꝓsunt {

Flatibus euacuandis, & Humoribus.

Hæmorrhoidum fluxui sistendo.

Ad membrum calefaciendum, caloremq́; & sanguinem ad ipsum trahendum.

Membro reducendo ad suum locum.

Matricis dolori, affixæ sub umbilico, & mulier calidæ insideat cum eis.

Menstruorum fluxui nimio, appositæ sub utraq; mammilla, ad horam uel amplius.

Ven-

Verò- ſe ſine ſcarifi- catio- ne p- ſunt

In Narium fluxu po- ſitæ ſupra iecur, ſi dextra natis affici- tur, ſi ſiniſtra ſupra ſplenem.
Ad peſtiferũ apoſte- ma attrahendum à parte interiori.
Rupturæ inguinis.
Ad diuertendum ſan- guinem immodera- tè fluentem ab ali- quo loco.
Stomachi fluxionib. ſiſtendis.
Sanguini ſiſtẽdo, op- poſitis partibus ap- plicatæ.
Sanguini attrahẽdo.

Veneno extrahendo.
Ventriculo frigido, si affigantur ad ipsum.
Ad Vẽtositates remouendas.

Ventosarum sine, aut cum scarificatione vsus per locos & partes.

Capitis. Vẽtosæ supra caput positæ { Commodant { Amentiæ. Scotomiæ. Caniciei. Oculorũ scabiei, bothori, egressioni nuchę, & alijs ægritudinibus.

†

In

† Incommodãt
- Intellectui.
- Memoriæ.
- Quia ſtuporem faciunt, & ſiccis caniciem accelerant.

In Frõte uentoſæ
- Commodant
  - Capitis poſterioris dolori.
  - Capitis grauitati & tumori.
  - Cerebri affectibus. *Frontis.*
  - Maniæ.
  - Inſaniæ.
- *

In Fronte uentosæ
- Commodant
  - Faciei
    - Infirmitatibus antiquis.
    - Impetigini.
    - Vlceribus.
    - Lepræ.
    - Scabiei.
    - Morpheæ.
  - Oculorum morbis omnibus.
  - Vertigini.
- *Incommodant
  - Rationi.
  - Intellectui.

Menti. Sub mento affixæ ventosæ
- Oris pustulis & tumori.
- Dentium morbis, &
- Gingiuarum.

tosę commodant
- Faciei maculis & uitijs alijs.
- Capitis cuti.
- Gutturi.
- Maxillarũ malis.

Inter Collũ & scapulas admotę spinę — Commodant

- Capitis
- Faciei
- Colli
- Dentium
- Narium
- Oculorum

egritudinibus: Colli.

- Oris fœtori & malis.
- Grauedini.
- Impetigini.
- Squinantię.
- Cephalicę & Medianę secandę uicem pręstat.

† Incō-modāt
- Memoriæ.
- Caput enim faci[at]
- tremulum.

Scapularū. Inter utrasque ſpatulas recto loco oppoſito cordi & ſtomacho
- Commodant
  - Pectoris af[fecti]bus.
  - Colli morb[is]
  - Aſthmati.
  - Humeris.
  - Spaſmo.
  - Tremori dis sāgui[nis]
  - Gulæ.
  - Baſilicæ ui[m] tenet.
- Incō modant
  - Stoma[cho]
  - Cordi q[u]ē morē[m] ſangu[inis] excita[nt].

Sub pectore prosunt	Pectoris uitijs. Asthmati.	*Pectoris.*
In iecoris loco, si	Exarescit. Inflammatur.	*Iecoris.*
In dorso cõtra	Dorsi dolores.	*Dorsi.*
Supra stomachum ualent aduersus	Stomachi tumorem. Eius frigiditatem. Humores eius uitiosos.	*Stomachi.*
Supra manꝰ positæ contra	Capitis omnia uitia, & Oculorum, Auriumq;	*Manus.*

Renum.

Ad renes applicatę ualent:
- Coxarum apoſtematib. & ſcabiei.
- Hæmorrhoidibus.
- Podagræ.
- Elephantiæ.
- Dorſi pruritui & ſcabiei.
- Matricis uentoſitatibus, & frigidis uitijs.
- Veſicæ uentoſitatibus.
- Crurũ affectibus.
- Infernis, in ſuña, partibus omnibꝰ.

Sub umbilico:
- Malis matricis.
- Colicę.
- Torminibus.

Hy-

Hypochondrijs affixæ
- Sanguinis impetum ex naribꝰ reuocant. *Hypochondriorum.*
- Sanguinis item immodicum effluxũ ex utero.

In Lumbis
- Hęmorrhoidas euocant. *Lumborũ.*
- Dorſi dolorem ſedant:
- Item Matricis, & Lumborum.
- Crurum ſcabiem, apoſtema, tumoremq́; curant.
- Venerem ſeu libidinem reprimunt.

In Naribus
- Corporis totius ſanguinem mundificant. *Natium.*
- Menſtrua alba curãt.
- Lateribus,

Lum-

Lumbis &
Thoraci prosunt.
Venerem & libidinem compescũt.

Coxarum. In anteriori parte coxarum
Testiculorum apostematib. prosunt.
Costarum &
Coxarum exituris.

Coxarum. In posteriori parte coxarum
Apostematibus
&
Exituris in natibus exortis conferũt.

Poplitis. Sub poplite
Poplitis pulsationi ex calidis humoribus conferunt.
Cruris &
Pedis exituris & ulceribus.

Ven

Crurum.

Ventosæ in cruribus cõmodant

- Toti corpori.
- Natibus tumidis & apostematicis.
- Renum doloribus.
- Vesicæ doloribus.
- Oculorũ fluxionib9.
- Capitis affectibus.
- Genuũ apostematibus calidis & pulsatilibus.
- Thoracis malis.
- Dorso affecto.
- Testiculorũ apostematib9, appositę in parte anteriori domestica & syluestri.
- Coxarum vulnerib9, eodem in loco appressæ.

Ven-

Crurum.

Vẽtosæ in cruribus cõmodant
- Crurum vulneribus, ibidem affixæ.
- Matricis doloribꝰ antiquis: & eidem loco appositæ.
- Matricem purgant à superfluitatibus.
- Manuũ apostematibꝰ & exituris infixæ in parte posteriori.
- Hæmorrhoidas prouocant eodem in loco.
- Mẽstrua ibidem prouocant.
- Sanguiné mundificãt.
- Plethorá diminuunt.
- Phlebotomiæ cuiusque uicem præstant.

In

In Cauillis pedum (bey dē Knoden) conferunt	Menstruis prouocandis.	*Cauillarū.*
	Sciaticæ.	
	Podagræ.	
	Vertigini.	
	Phlebotomiam istarū uenarum complent.	

CATALOGVS MORBO- rum, quibus scarificatio confert.

A.

Anchæ. ANchis duabus: prosunt uentosæ inter duas anchas positæ.

Angina. Contra ANGINAM: ualent uentosæ in spatulis cum reiteratione & scarificatione, & uẽtosationes crurium.

Anus. ANI apostema calidũ: uentosatio super lumbos, super partem superiorem natium.

Ani exitum: uentosæ super musculos dorsi.

Apoplexia. APOPLEXIAM: scarificatio ceruicis & humerorum, item uen-

uentosatio & scarificatio crurum.

APOSTEMATA & exituras in Natibus: uentosæ in posteriori parte coxarum. *Apostema.*

ASTHMA: scarificatio inter duas spatulas, ubi collum coniungitur dorso. *Asthma.*

AVRIVM mala & dolores: uentosæ in carpo manuum. Sub occipite in utroque latere colli. *Aures.*

Aurium manantem sanguinem: uentosæ super spatulas.

B.

BASILICÆ uenæ uicem tenent: uentosæ super locum inter duas spatulas sub collo, ubi coniungitur collum dorso. *Basilica.*

Bothor. Contra BOTHOR: uentosæ supra partem posteriorem capitis, quæ obuia est terræ, cùm homo iacet supinus. Item uẽtosæ supra anteriorem partem capitis, circa uerticem eius, uel supra summam frontem.

C.

Canicies. Contra CANICIEM: uẽtosę supra partem posteriorem capitis, quæ obuiat terræ, cùm homo iacet supinus. Et uentosæ supra anteriorem partem capitis circa uerticem eius, uel supra summam frontem.

Cephalica. CEPHALICÆ uenæ uicẽte nent: uentosæ supra eminentiam posterioris capitis, uicinam duabus uenis situatis in

late

latere colli, ascendentibus ad caput. *Caput.*

Contra CAPITIS morbos: cucurbitulæ in ceruice & humeris cum scarificatu. Et uentosæ supra eminentiam posterioris capitis uicinam duabus uenis situatis in latere colli ascendentibus ad collum. Itē in carpo manus scarificatio.

Caput mundificant: uentosæ sub mento.

A` capite trahunt: uentosæ super anum positæ.

Contra capitis tremorem: uentosæ supra eminentiam posterioris capitis, uicinam duabus uenis situatis in latere colli ascendentibus ad caput.

Contra capitis dolorem in posteriori parte : ſcarificatio frontis.

Colica. Cõtra COLICVM uehementem dolorem: uentoſæ ſuperpoſitæ umbilico.

Cor. Cõtra CORDIS tremorem: ſcarificatio inter ſcapulas.

Corpus. CORPVS alleuant: uentoſæ ſuper anum poſitæ.

Coxa. Contra COXARVM apoſtemata, ſcabiem, & exituras: uentoſæ in anteriori parte coxarum, uentoſæ in lumbis, uel in parte continente ſpondylas quinque.

Coxarum duabus partibus interioribus proſunt: uentoſæ inter duas anchas.

Con-

Contra CRVRVM scabiem, ulcera, & exituras: uentosæ in anteriore parte coxarum. Scarificatio sub utroque genu. *Crura.*

D.

In DELIRIO: scarifica ceruicem ac humeros. *Delirium.*

DENTIVM doloribus: uentosę sub mento. Et: supra eminẽtiam posterioris capitis uicinam duabus uenis situatis in latere colli ascendentibus ad ~~collum.~~ caput. *Dentes.*

In DIARRHOEA: uentosæ super locum splenis. *Diarrhœa.*

DYSPNOEA: uentosæ inter scapulas. *Dispnœa.*

DOLOREM sedant: uentosæ suppositæ super locũ doloris. *Dolor.*

Dorſum. Contra DORSI omnes dolores: uentoſæ ſupra lumbos. Et dorſum.

Dolores humerorum: uentoſæ ſuper locum inter duas ſpatulas ſub collo, ubi coniungitur collum dorſo.

Dolores Gulæ: uentoſæ in eodem loco.

Dolores colicos: uentoſæ ſuperpoſitæ umbilico.

E.

Elephantiaſis. In ELEPHANTIASI: uẽtoſæ in lumbis, uel in parte continente ſpondylos quinque. Itẽ ſcarificatio cruris & pedis.

Empyema. EMPYEMATE uentoſatio naticis.

EPI-

EPILEPSIA: uentoſationes crurum primò, deinde loci, ubi collum iungitur, craneo, uel ſpatularum. *Epilepſia.*

F.

Contra FACIEI mala: uẽto-ſæ ſub mento, & ſupra eminentiam poſterioris capitis uicinam duabus uenis ſituatis in latere colli, aſcendentibus ad caput. *Facies.*

Scarificatio ſupra ſpinam dorſi cum 10. uel 12. cucurbitulis certò ſanat FEBRES. *Febris.*

Cõtra FLVXVM ſanguineũ excoriatiuum per inferiora: uentoſæ cum ſcarificatione ſuper nates circa finem lumborum. Item, uentoſæ ſine *Fluxus.*

ſcarificatione circa dicta loca & circa umbilicum, & circa hypochondrium dextrum aut ſiniſtrum.

G.

Gingiua. In GINGIVÆ malis, ſcarifica ſub mento.

Gippoſitas. Contra GIPPOSITATEM uentoſæ ſuper naticas, uel pul pas crurium.

Gula. GVLÆ uitia & dolores: uen toſæ ſuper locum inter dua ſpatulas ſub collo, ubi coniun gitur collum dorſo.

Guttur. GVTTVRI proſunt: uento ſæ ſub mento.

H.

Hæmorrhoides. HÆMORRHOIDAS cõcitã uentoſæ in lumbis.

Cor

Contra Hæmorrhoidas & earum nimium fluxum: uentosæ inter ſpatulas ſine ſcarificatione, uel cum ſcarificatione. Item circa lumbos & renes, ubi ſunt meliores.

Cõtra HVMERORVM dolores: uentoſæ ſuper locum inter duas ſpatulas ſub collo, ubi collum coniungitur dorſo. *Humeri.*

I.

Contra ICTERICIAM citrinam: uentoſatio ſuper locum hepatis, ſub ſpatula dextra, ut ſub eo in ſpacio, quod eſt ſub coſtis. *Ictericia.*

Cõtra IECORIS morbos: ſcarifica in loco iecoris. *Iecur.*

Iecoris inflammationem &

alia mala, scarificetur hypochondrium dextrum.

Iliaca. ILIACAM: uentosa circa uêtrem superius.

Insania. INSANIAN: scarifica ceruic[e] & humeros. Item uentosæ supra anteriorem partem capiti[s] circa uerticem eius, uel supr[a] summam frontem.

Incontinentia. INCONTINENTIAM: scarifica nates & lumbos.

Intestina. INTESTINORVM mala: uē[n]tosæ super anum positæ.

Iunctura. Ossis à IVNCTVRA exitum[:] uentosæ super ancham.

L.

Lac. Contra LACTIS abundan[-]tiam: scarifica crura.

Lassitudini / uētosá super L[...] anum posita.

LIBIDINEM: scarifica lumbos & nates. *Libido.*

LINGVÆ magnitudinem: uentosatio & scarificatio super spatulas in collo. *Lingua.*

Linguæ apostemata: scarificatio extremitatum aurium, uel uentosæ sub mento & collo.

LIPPITVDINES: scarificentur ceruix & humeri. *Lippitudo.*

LVMBORVM morbos scarifica summas nates, & finem lumborum. *Lumbi.*

M.

MANDIBVLAS mũdificant: uentosæ sub mento. *Mãdibula.*

Contra MANIAM: scarifica ceruicem & humeros. Item *Mania.*

uen-

uentosæ, supra summam fron-
tem.

Matrix. MATRICIS mala: scarific[...] crura inferius. Item uentosæ super umbilicum positæ. Item scarificatio ea parte, quæ est e[...] opposito genuum.

Matricis uentositates: uen-tosę in lumbis: uel in parte cõ-tinente spondylos quinq; im-mediatas inter 12.

Matricis præcipitationem & suffocationem: uentos[...] in inguinibus, coxis & pect[...]ne.

Menstruum. MENSTRVA prouocăt: uen-tosæ super crura. Et, super cal-caneum, & super muscul[...] cruris positæ, & propriæ i[...]

pi[...]

pinguibus. Item super curuaturam poplitis, uel femur, uel inter coxas & crura, uel inter utrumque crus ad locum pubis.

Menstruorum nimium fluxum sistunt: uentosæ positæ sub mammillis & cum scarificatione & sine scarificatione. Ventosæ autem sunto magnæ. Item positę super utrasque anchas.

Contra menstruorum alborum fluxum: scarifica nates, ualet etiam ad Menstruorum corruptionem.

Contra MICTVM sanguinis: *Mictus.* uentosæ circa renes, ilia pectinem

nem & anchas, & præcipuè in eo, qui est uesica.

N.

Nasus. Nares.

Cõtra NASI & NARIŨ mala: uentosæ supra eminentiam posterioris capitis uicinã duabus uenis situatis in latere colli ascendentibus ad caput.

Nasi ulcus: uẽtosatio in nucha, & cum scarificatione.

NARIVM sanguinis fluxui prosunt: uentosæ super spatulas, & super natices cum leui scarificatione. Itẽ super hepar sine scarificatione, si fuerit ex nare dextra: & sup splenẽ, si fuerit ex sinistra: & super utrũq; si ex utraque procedit: etiam

supe

super sumẽ, & est optimum. Item super crura in parte domestica. Item super ceruicem & super spatulas cum leui scarificatione.

Si fuerit fluxus arterialis, ponantur uentosæ super regionem cordis & super ceruicem.

In NATIBVS, si apostemata sint & exituræ: ponantur uentosæ in posteriori parte coxarum. Nates.

O.

Cõtra OCVLORVM ægritudines omnes: scarifica in summa fronte, uertice uel ceruice, & car- Oculus.

& carpo manus utriusque.

Oculorum scabiem, hebetudinem, inflammationem, lachrymas, & alia uitia: scarifica ceruicem & humeros, uel inter duas spatulas.

Omnia. OMNIA uitia corporis: uentosæ cum scarificatione positæ ad nates & super anum.

Ophthalmia. OPHTHALMIAM: ponãtur uentosæ ad humeros.

Contra oris apostemata, ulcera, pustulas, tumorem, scarifica extremitates aurium. Itẽ, uentosæ sub mento & collo.

Os. Oris fœtorem: uentosę inter duas spatulas.

P.

In PALPEBRARŨ grauitate Palpebræ.
craſsicie & ſcabie : uen-
toſæ inter duas ſpatulas , &
ſupra crura, & in ſpatulis atq;
nucha.

PANNO : ſcarifica ceruicem. Pannus.

Contra PECTORIS uitia & Pectus.
dolores , apoſtema , & mala
ſanguinea : ſcarifica ſub pecto-
re, uel inter duas ſpatulas, ubi
collum coniungitur dorſo.

Contra PEDVM ſcabiem & Pedes.
tumorem : uentoſatio ſiue ſca-
rificatio ſub utraque popli-
te.

Pedum dolorem interiorem: ſcarificatio in lumbis.

Pro Pedum Phlebotomia; ſcarifica ſub utroque malleolo pedum.

Peripneumonia. Contra PERIPNEVMONIÁ, uentoſæ naticis cum ſcarificatione.

Phreneſis. PHRENESIN: ſcarifica ceruicem & humeros: Et, uentoſæ naticis & ſpatulis appoſitæ.

Pleuriſis. PLEVRISIN: uentoſæ inte[r] ſpatulas, & in cruribus ac na[ti]ticis, & ſub loco doloris poſitæ, cum & ſine ſcarificatione.

Poples. Contra POPLITIS pu[l]ſationem ex calidis humori-bu[s]

bus: uentosæ sub poplite.

PODAGRAM: uentosę inter duas anchas, uel sub utroque poplite, uel in lumbis, uel in parte continente spondylos quinque immediatas, uel super duo alchab. *Podagra.*

PVPILLÆ dilatationẽ: uentosæ super collum & spatulas, uel aurium scarificatio. *Pupilla.*

PVRGANT totum corpus & alleuant: scarificatio in natibus ac ano. *Purgatio generalis.*

R.

Cõtra RATIONIS permixtionem; uentosæ supra par- *Ratio.*

tem posteriorem capitis, quæ obuiat terræ, cùm homo iacet supinus. Et uentosæ supra anteriorem partem capitis circa uerticem, uel supra summam frontem.

Renes. RENVM scabiem & apostemata: uentosatio loci renum, & in natibus ac circa spatulas scarificatio.

Ruptura. RVPTVRAM inguinis: uentosæ inter duas anchas.

S.

Sanguis. SANGVINEM mūdificant uentosæ super crura.

Saphena. SAPHENÆ uenæ uicem tenent: uentosæ in cruribus uer-

uerſus pudenda inferioribus.

Contra SCABIEM: ſcarificatio in lumbis ac natibus. *Scabies.*

Scabiem crurum & pedum: ſcarificatio ſub utroque poplite.

SCIATICAM: uentoſæ ſuper duo alchab & ſupra Ancham. *Sciatica.*

SPASMVM ſanguineũ: uentoſæ ſupra locum inter duas ſpatulas, ubi collum coniungitur dorſo. *Spaſmus.*

SPLENIS mala: ſcarifica hypochondrium ſiniſtrum, uel locum ſplenis. *Splen.*

SPIRANDI difficultatẽ: ſcarifi- *Spirandi difficultas.*

rificatio & uentosatio inter
scapulas.

Sputum. SPVTVM sanguinis puris: uentosæ super naticas & circa renes, uel supra locum inter duas spatulas sub collo, ubi collum coniungitur dorso.

Stomachus. STOMACHI affectus & imbecillitatem: uentosæ applicatæ parti posteriori in spatulis, si est multus dolor, si materia est grossa, scarificentur nates: item uentosa magna ori stomachi utiliter apponitur. Item inter spatulas.

Stomachi malam complexionem cum materia: uentosatio crurum, natium, cum scarificatione.

Sto

Stomachi apoſtema: applicentur uentoſæ cum ſcarificatione trahendo ad partem cõtrariam fluxus materiæ.

SVPERCILIORũ grauitatẽ: uentoſæ ſupra nocram, uel inter duas ſpatulas. *Supercilia.*

T.

Contra TESTICVLORVM apoſtemata: uentoſæ in anteriori parte coxarum. *Teſticulus.*

TRAHVNT à toto corpore: uentoſæ ſuper anum poſitæ. *Trahens.*

Cõtra TREMOREM capitis: uentoſæ ſupra eminẽtiam poſterioris capitis uicinam duabus uenis ſituatis in latere *Tremor.*

colli aſcendentibus ad caput.

Tremorem cordis: uentoſæ apud ſiniſtram ſpatulam.

Tumor. TVMORẼ gingiuæ & oris: uentoſatio ſupra mentum.

Tuſsis. TVSSIM: uentoſæ ſupra locum inter duas ſpatulas, ubi coniungitur collum dorſo.

V.

Varices. Contra uarices: uentoſæ ſupernatices.

Venæ ſectio. Venæ cõmunis ſeu medianæ uicem obtinet: uentoſa inter duas ſpatulas ad caput.

Venæ cephalicę uicem pręſtant: uentoſæ ſupra eminentiam poſterioris capitis uicinam duabus uenis ſituatis in late-

latere colli ascendentibus ad collum.

Venæ basilicæ: uentosæ inter duas spatulas sub collo, ubi dorso coniungitur collum.

Contra VENEREM: scarifica lumbos & nates. *Venus.*

VENTOSITATES uentris: uẽtosæ superpositæ super umbilicum. *Ventositas.*

VENTRICVLI affectus: scarificatio inter spatulas. *Ventriculus.*

VERTIGINEM: uentosę sup spatulas, uel supra partem posteriorem capitis, quæ obuiat terræ, cùm homo iacet supinus. Et uentosę circa uerticem supra anteriorem partem ca- *Vertigo.*

 pitis,

pitis, uel supra summam frontem.

Vesica. VESICÆ apostemata: scarificatio ani.

Vesicę flatus & uentositates: uentosæ in lumbis, uel parte, quę continet spondylos quinque immediatos. Item sub utroque poplite.

Visus. VISVS debilitatem: scarificatio in ceruice.

Vlcera. VLCERA: in lũbis & natibꝰ

Vlcera crurum & pedum uentosæ sub poplite.

Vomitus. VOMITVM: uentosæ supe humeros cum scarificatione.

FINIS.

BASILEAE,
PER SEBASTIANVM
HENRICPETRI:
Anno
cIↄ Iↄ cx.



